quãtus horror est timere quẽ non valemus effugere: sed dona hec illa odisse que tuo ꝓcepto iubemur eui tare. ¶ Quoniã laudat peccator in desiderys anime sue: ⁊ ✝qui iniqua gerit benedicit. Exacerbauit dominus peccatorꝫ. ¶ Reddita est causa que peccatores cogitatiõib⁹ suis faciat illigari. Malus enim dum ꝑdicat extollit: nec de correctiõe cogitat: cui laudator blandiens inuenit. Sequit exaggeratio iniquitatis: vt ille benedicat qui male potius actitare cognoscitur. Uerũ iste qui adulãtiũ falsitate decept⁹: in magnã se superbiã dñationis euexerit: qõ ꝓprie de antichristo dat itelligi: qui fallentiũ cateruis eousq; perducit: vt se nõ solũ regẽ terrenũ: sed etiã rerũ oium ꝑdicet deũ: sicut Apls dic: Ita vt in tẽplo dei sedeat ⁊ extollat se sup omne qõ colit ⁊ qõ dicit deus. Sed ista illi ꝓficiunt ad ruinã: Irritat enim verum dñm: vt falsus de⁹: falsis vltricib⁹ addicat. ¶ Scõm multitudinẽ ire sue nõ ✝iquiret. Nõ est de⁹ in ꝓspectu ei⁹. ¶ In exponẽda volũtate antichristi perseuerat: q; ꝗm peccata sua dñm nõ requiret. Dicẽdo enim: ꝗm multitudinẽ ire sue: ostẽdit oia illũ turbulẽta crudeliaq; facturũ. Uerũ istius nequitie reddita est causa ꝓueniens: q; in ꝓspectu suo nõ hẽt deũ. O q̃ ꝓfunda cecitas est: deũ ante oculos nõ habere. Nã si vltimum malũ credit solis lumina nõ videre: nonne apud superos: inferna patiunt: qui auctores sacri luminis ꝑ sua minime cecitate respiciũt: De ipo quoq; negfilmo: Daniel ꝓpheta testat dicens: Et extollet rex se aduersus oẽs deũ: ⁊ magnificabit sup oẽm deũ: ⁊ ad deũ deor loquet superba. ¶ ✝Polluunt vie ei⁹ in oi tpe. Auferunt iudicia tua a facie eius: oiũ inimicorũ suor dñabit. ¶ Sicut de iustis dicturus est: Bti imaculati in via: qui ambulant in lege dñi: ita nunc de antichristo dicit: omnes semitas hẽre pollutas. i. cogitatiões factaq; sordẽtia. Necesse est enim vt sint ꝓtaminata atq; polluta: que ducatu pestiferi diaboli sordidant. Addit etiã nefariũ scelus: vt cum vindictã in se respicit esse dilatã: deũ nõ putet exercere iustitiã. Sic enim auferunt iudicia dei a facie impy: qñ videt tardius venire: quod celeriter meruerat sustinere. Et qõ illi auget interitus: cum vitys seruiat: oium inimicor suor obtinere dicit ꝓncipatũ. Qua felicitate subuectus ad scelera ꝓnior erit: cum nullũ sibi obuiã ire posse cognouerit. Qui tãta inferius ꝑ ꝓprietate describit: vt iam non futurus: sed q̃si ꝑsens eẽ videat. Que figura dicit Characterismos: quãdo aliqs: aut per formã describit: aut per actus ꝓprios indicat. ¶ Dixit enim in corde suo: non moueor ꝑ de gnõne in gnõnem sine malo. ¶ Dis vbis ꝓprie cogitationẽ antichristi designat: vel eor qui ei⁹ famulãtur arbitrio: quoniã scriptũ est: Imitant ergo illum: qui sunt exparte ipsius. Qui sibiipse malitia facienti dicturus est: nullã gentẽ intactam relinquã. Sed de ista natione me vlciscens: ad aliã gentem iterum transferar vindicandus: vt omnes studio prauo possit affligere: qui eius visi sunt nisi⁹ obuiare. Actus vo suos vno vbo definiuit: quãdo se sine malo nihil dicit esse facturũ. ¶ Cuius os maledictiõe ⁊ amaritudine plenũ est: sub lingua ei⁹ labor ⁊ dolor. ¶ Nequitia eius duplici puersitate describit. In ore quippe habebit blasphemã maledictionẽ: cũ se dei filiũ mẽtiet. Amaritudinẽ: quãdo resultatoribus suis penas mortis indicet: ⁊ ad supplicia iubebit peruenire: qui eũ tanq̃ numẽ cõtẽpserũt adorare. Nec habebit in ore: que locut⁹ est publice. Sub lingua vo qõ ait: designat eũ cogitatiões habere seuissimas: vt cum ipse sit perdit⁹: ꝑdere cuncta festinet. Quarũ rerũ definitio labor ⁊ dolor est. Labor: cũ diuersis cladib⁹ affligit inoxios. Dolor: cũ martyres facit: qm̃ sine labore ⁊ dolore corporis ꝓsũmari nõ pot corona martyrij. Sic vniuersa que loquit vel cogitat: pari fece polluta sunt. ¶ Sedet in insidys cũ diuitibus in occultis: vt interficiat innocentẽ. Oculi ei⁹ in pauperẽ respiciunt. ¶ Cũ dicit: sedet in insidys: actus antichristi latronũ ꝓuetudini comparauit: qui occultas vias insident vt iterficiãt inocẽtes. Que figura dicit Phantasia: quotiẽs in ꝓcipiendis futuris visiõib⁹: animus ꝑducit audiẽtis. Tale enim antichristi regnũ dicit futurũ: qõ ad martyrũ coronã ⁊ infidelium ruinã constet esse ꝑmissum. Sequit. Cũ diuitib⁹: hic significat multitudinẽ malor. Sepe enim in scripturis diuinis: diuites in malo accipiuntur: sicut pauperes in bono. Interficere vo inocentẽ: est de religioso facere sacrilegũ: eiusq; aiam ꝑpetua morte damnare. Nã cũ dicit oculos eius in pauperẽ respicere: nõ respicit vt ꝑspiciat: sed ad hoc intendit vt perimat. ¶ Insidiat in ✝occulto: sic leo in ✝cubili suo. ¶ Leonẽ in cubili suo antefatũ dicit antichristum: qui atrociter ⁊ dolose laceraturus est populũ christi. Inter initia enim persecutio ecclesie violenta tanta fuit: vt a paganis: proscriptionib⁹: tormentis: cedibus: christiani ad idolor sacrificia cogebant. Altera fraudulenta: que nunc per hereticos ⁊ falsos agit christianos. Nouissima sup est que per antichristum predicit esse ventura. Qua nihil periculosius: qm̃ erit violẽta nimis: ex potestate regni singularis: ⁊ deceptuosa miraculis: vt (sicut dñs in euangelio dicit) seducat si fieri pot etiã electos. Proinde ad vim ꝑtinet qõ positum est: leo: ad dolos qõ ait: in cubili suo. Sic vtreq; inigtates eius singulis sermonibus intimant. ¶ Insidiat vt rapiat pauperẽ: rapere pauperem dum attrahit eum. In laqueo suo humiliabit eum. ¶ Iteratio insidiarũ: nimietatẽ callidi ꝑsecutoris ostẽdit. Rapere vo pauperem: significat subitũ periculũ animẽ: ad qõ ille nefandissimus trahere nitit inocentes. Deinde ad expositionem prior: sequit decora repetitio. Nã vt non putares pauperẽ raptũ: aut fisci debito: aut interpellatione cause ciuilis: geminauit rapere pauperem. Et mor causam persecutionis annectit: dum attrahit eum. i. dũ illũ a veritate culture ad nois sui venerationem molit adducere. Et ne adhuc istud: attrahit eum: dubium habere potuisses: addidit: In laqueo suo humiliabit eũ. Laqueus significat quo simpliciũs corda capiunt: ⁊ velut nodo puersitatis lamẽtabiliter alligant. Humiliabit aũt: bene dcm̃ est: qm̃ de vera religione sine dubio cadũt: qui ad insana dogmata ꝑducunt. ¶ Inclinabit se ⁊ cadet cũ dominat⁹ fuerit pauperum. ¶ Dic iam de ipso tyrãno dicit: qui in dei seruos ꝑmissa ꝑtãte grassabit. Inclinabit se. i. cum animũ suũ nimia ꝑditor acqsitiõe remiserit: ⁊ q̃si malor copia crapulat⁹: in aliqõ ociũ post scõrum penas afflictionesq; peruenerit. Tũc q̃ de sua ꝑsumptione nequissimus cadet: qm̃ illi cũ suis sequacibus supuenerit repẽtinus interitus. Sinẽ quippe seculi nescit: qm̃ eũ dñs in sua ꝑtãte ꝓstituit. ¶ Dixit enim in corde suo oblitus est deus: auertit faciẽ suã ne videat vsq; in fidem. ¶ Nimis stulta cogitatio. Creditur⁹ est deũ dissimulare: cui honorẽ sacrilegus conat eripere: putans eũ fideles suos nolle respicere: cum ꝑpter ipm doceantur oia penalia sustinere. Ignarus veritatis:

Al. Iniqu⁹ benedicit

z. Thessa. z.

Als. Queret

Daniel. ii.

Al. Inquinate sunt

Ps. iiß.

SCHE

Al. a

Sap. z.

cõtraria

contraria suspitione mouebitur: nec intelliget qõ sequitur: Ne obliuiscaris pauperũ in finẽ. Nõ enim dicit: nihil eos esse passuros: sed nullatenus vsq; in finem deserẽdos esse. ¶ Exurge dñe deus me⁹ ⁊ exaltet manus tua: ne obliuiscaris pauperũ ✝in finẽ. ¶ Decursis q̃tuor partib⁹: nũc exaltatiue prophetia se ꝓuertit ad quintã: supplicãs fieri qõ tũ sciebat eẽ vẽturũ. Exurge dicit: citius surge: hoc est: velociter veni. Exaltet man⁹ tua. Manus opationem significat. Sed ista dei opatio iudiciũ est: qõ expectam⁹ esse vẽturum. Illud enim desiderabat venire: vbi iste sup⁹ posset occũbere. Ne obliuiscaris paupem in finẽ. Cõtra q̃s impius dicebat: Auertit faciẽ suam: ne videat vsq; in finem. Nũc rogat ne ꝗm votũ antichristi obliuiscat pauperũ in finẽ seculi: vbi futura est retributio meritorum. ¶ Propter qd irritauit ipius deũ: dixit enim in corde suo nõ regret. ¶ In hoc versu mirabili breuitate: ⁊ sciscitatio ꝑmittit: ⁊ rñsio apta ꝓsegtur. Interrogatiue enim pronũtiãdũ est: ꝑpter qd irritauit ipius deũ: Deinde rñdẽdũ est: dixit enim in corde suo: nõ regret. Cõstat gppe ideo dñm irritatũ: qm̃ eũ impius facta sua nõ putabat posse regrere. Sed inueniet memorẽ quẽ sperabat oblitus: ⁊ vsq; ad imẽsum sentit recipi: que pre multitudine delictor credebat in memoria non teneri. ¶ Uides qm̃ tu laborẽ ⁊ dolorẽ consideras: vt tradas eos in manus tuas. ¶ Istud iã ꝑbator dño cũ gratulatione dicẽdum est: vides qm̃ tibi nullus illudet. Supius enim dixerat: Sub lingua eius labor ⁊ dolor: hec nũc vba repetit: Uides q; laborẽ ⁊ dolorẽ cõsideras: que ⁊ ille ꝑfidus dũ sub ligua sua hẽret. i. in cogitatione reuolueret. cognosci penit⁹ nõ credebat. Cõsideras ꝑfecto: qm̃ in tuis manib⁹. i. indicio traditus nõ euadit: sed digna factis recipit: qui vacanduꝫ ab scelerib⁹ nõ putauit. Sic ois potestas penes deũ esse declaratur: qui pctores ipse sibi ⁊ tradit ⁊ punit. Nã qõ per ministros ei⁹ gerit: ipsi⁹ vtute sine dubitatione cõplet. Quo fugiat: quẽ tãta vtus insegtur: Cõmittat ꝗ scelera: ⁊ diuersorũ boium subuersione pascatur: quicqd fecerit nõ erit ipunitũ: cum eterna damnatione rorquebit. ¶ Tibi enim derelictus est paup: ✝pupillo tu eris adiutor. ¶ In mediũ deductis impys atq; ꝓuictis: redit ad iustos: vt sicut illi digna factis recipiũt: ita isti promissa ꝑmia ꝓsequẽtur. Nã cũ dicit: Tibi derelictus est paup: ostẽdit qm̃ qui illi derelingtur: nulla vtilitate fraudat: qm̃ hoc est pio ꝓncipi dimitti: qõ bonis oibus tradi. Paup enim dict⁹ est a paruo lare. Relictum ergo dicit pauperẽ deo: vt oes videant que bona possint de eius reportare iudicio. Pupillũ vo dicit: non cui⁹ genitor carnalis occubuit: sed cui pater sepult⁹ est mũdus. Nã multos pupillos iuenies orbatos pre visibili: ⁊ sunt blasphemi abligurritores: ⁊ qõ in illa etate creberrimus est luxuriosi: ⁊ bi ꝑbant a dño alieni. Sz ab illis pupillis diuidi nõ pot adiutoriũ dei: quor pr diabolus in actione facinoris ꝑbat extictus. Et intẽde qõ dicit: tu eris adiutor: vt cũ carnaliter affligi videas eos: nõ dubites esse liberãdos. ¶ Cõtere bracchium pctoris ⁊ malignitregretur delictũ eius nec inuenietur. ¶ Ante oculos ꝑphete: antichristi negtia redit: ⁊ rogat ne illi bacchari diutius liceat in sanguine brõr. Cõtere. i. ad nihilum redige. Bracchiũ eius: dicit potentiã: qua peccatores male vtebãtur: qr insegniter impia faciebat: ⁊ hoc nomẽ ab eo singulariter meruit: qm̃ in scelerib⁹ sil⁹ non habebit. Malignus: qr iniquus dissuasor erit: vt quos terrore nõ pot peruertere: saltẽ conetur per noxia ꝑmia declinare. Delictũ aũt eius: dicit cõmissa ꝑperã: qõ lz singulariter pronũtiatũ sit: inumerabilia tũ eius extabũt sine dubitatione pctã. Dia siquidẽ facta ipsius ac dicta: pctã sunt: cuius vniuersa vita delictũ vocatur. Addit: Nec inuenietur: qr dubiũ non est perire scelestã potestatẽ: cuius damnãdũ cõstat auctorẽ. ¶ Regnabit dñs in eternũ ⁊ in seculum seculi: peribitis gẽtes de terra illius. ¶ Extincta clade generali: ad futurarũ rer ordinẽ venit: quoniã interfecto antichristo: dñi regnũ eternũ: pium: munificũq; venturũ est. Permittit enim nimis precurrere scelestum malũ: vt gratius regnũ dñi suscipiat optatũ: vbi iam btor adepta securitas cõquiescat: nec vlterius formident insidie quas magis sanct⁹ vir in hoc mũdo cogit sustinere. Sentes aũt: posuit peccatores ⁊ impios: qui feraliter viuũt: nec dñi legib⁹ obsequũtur. De terra illius: regnum significat dñi saluatoris: quo soli beatissimi ꝑfruuntur. ¶ Desideriũ pauperum exaudiuit dñs ✝cõcupiscentiã cordis eor exaudiuit auris tua. ¶ Bene vota iustor vbis ꝓgruis expriminitur. Dicit enim: desideriũ pauperũ: qõ fit semp amore ꝑmisso: vt illic eũ euidẽter videre cupiãt: vbi nũc etiã mentis lumine trãsferũtur. Sequtur: Cõcupiscẽtiam cordis eor. Hoc verbũ constat esse violentius. Cõcupiscentia enim ibi dicit: vbi ꝓuratis quodãmõ aie virib⁹ aliqd ardore mẽtis appetit. Sequtur: Exaudiuit auris tua. Qõ regulariter debem⁹ aduertere nihil in deo corpaliũ esse mẽbror: sed vtutis eius effect⁹ qua audit auris vocat: qua videt oculus: qua ꝑficit manus. Uer hec dicta ꝓdant memorie: ne qr crebro reperiẽda sunt: nos ipsa repetẽdo fastidiũ facere videamur. ¶ Judicare pupillo ⁊ humili: vt nõ apponat vltra magnificare se hõ sup terrã. ¶ Ecce auctoritate ꝑphetica cõmonemur: nõ solũ quẽlibet pupilluꝫ: sed pupillũ ⁊ humilẽ deo esse gratissimũ. Nã cũ dic: iudicare pupillo ⁊ humili: significat pro ipso posse ferri snãm. Sed cũ humilis dr: iustissim⁹ approbatur. Sequtur q̃q diffinitiua ꝑmissio: iõ illa que dicta sunt fieri: vt vlteri⁹a nullo hoium ꝑmittatur excedi. Tũc sigde oia mala finiẽda sunt: qm̃ auctor oiũ peccator cũ sua plebe damnabit. Nec sũt occulta filyque psalmi bui⁹ titulus canit. Nã lz per quedã ĩdicia frequẽter videant edicta: qm̃ tũ veniant hoibus: ico gnita hñtur. De ipo enim die dñs in euãgelio dicit. De die aũt illa ⁊ hora nemo scit: neq; angeli celorũ: neq; filius nisi pater solus. De quo loco btissimi pres: Hylarius ⁊ Augustin⁹: ecclie sãcta lumina: plurima ⁊ luculẽta dixerũt: iudicãtes esse nefariũ si illa oipotens verbi humanatio aliqõ de futuris ignorasse putaret: qõ patrẽ scire predicauit. Nã cũ Petrus in euãgelio dicat: Dñe tu oia nosti: tu scis qr amo te. Itẽ ipse dñs dicat: Oia que hẽt pater mea sunt: vtq; pñs oia non haberet: si qõ pater noscet ille nesciret. Sed ita salutariter ac veraciter credẽdũ esse docuerũt: vt per figuram Metonymiã: id est: trãsnominationẽ: que in scripturis sacris sepius inuenitur: debeat intelligi: qõ vtiliter suos faciat nescire subiectos. Nam in Genesi: Abraã deus dicit: Nũc cognoui: qm̃ times dñm deũ tuũ. i. nũc te cognoscere feci. Sic ⁊ hic positũ est nescio. i. nescire vos facio. Nam ipse dñs alibi sil⁹ dicit: Nescio vos: cũ vtq; q̃s damnabat ignorare nõ poterat. Deniq; interrogatus de ipso articulo dicit: Nõ est vestrũ nosse tẽpora vel momẽta. Nõ enim dixit: nõ est meũ: vel non est nostrũ: sed ait: nõ est vestrũ scire: sic vtrũq; seruatũ est: vt ⁊ boies ignorarẽt que illos

Al. Nõ bz

ETY

Al. Orpha no.

ETY

Al. Quere tũ illus ⁊ nõ

SCHE

Lassio.

e

Als nõ bz

ETY

Als ꝓparationẽ

Al. Oppa no.

Mar. iz.

Mar. iz.

Joã. zi.

Joã. iõ.

SCHE

Heñ. zz.

Matt. zß.

Lucl. zi. ⁊ Acti. i.

nõ oportebat agnoscere: ⁊ hoc dei filij nequaq̃ carnis infirmitate nõ sciret. Qõ si maiestatẽ illam (qõ dici nefas est) texisse ignorãtiam suspicemur: fortior vti q̃z inuenireẽ ignorãtia q̃ diuina natura. Que vt stulte dicã: opprimere valuit prouidẽtiam per quam oia sunt creata. Sed cũ hec nimis doceãtur absurda: credere dignũ est totã trinitatẽ: cui vna atq̃z oipotẽs nã est: oiuꝫ rex indefectã semp hẽre notitiã. Cõclusio.

Completa est psalmi graphi denũtiata pmissio: reserata sunt filij occulta miracula. O ingẽtes ⁊ admirabiles cause: que q̃uis exposite videanẽ: adhuc tñ sine dubitatione secrete sunt. Nã cũ predicũtur: nõ bñtur incognite: dũ ignorãtur qñ veniũt: adhuc obstruse eẽ mõstrãtur. Sic ⁊ secretum est qõ dicit: ⁊ querẽtibus non tacetur. Quapropter effusius dño supplicemus: vt nobis emẽdationẽ saluberrimã ferre dignetur: qꝫ sine excusatione peccat: cui retributio peccatoꝝ pdicit esse vẽtura. Mẽte quoq̃z retinẽdum est: hũc psalmũ esse primum: in quo aduẽtus ꝓphetat antichristi. Numerus quoq̃z psens ⁊ illud occultuꝫ probat aperire: qõ nona hora dñs emisit spũm. Nã cũ inter alia ⁊ de passione ipsius psalmus iste locutus sit: merito ⁊ per calculũ suuꝫ transitus eius horam annuntiat: quãdo etiam crucis ipsius noscitur narrasse mysteria.

Explicit expositio in psalmum nonum.

¶ In finem psalmus Dauid. X.

IN dño confido: quo modo dicitis anime mee: transmigra in mõtẽ sicut passer. Qm̃ ecce peccatores intẽderũt arcũ: parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittẽt ĩ obscuro rectos corde. Qm̃ quẽ perfecisti destruxerunt: iustus aũt quid fecit. Dñs in tẽplo sancto suo: dñs in celo sedes eius. Oculi eius in pauperẽ respicũt: palpebre ei⁹ iterrogãt filios hoium. Dñs interrogat iustũ ⁊ impiuꝫ: qui aũt diligit iniqtatem odit aiam suã. Pluet sup peccatores laqueos: ignis ⁊ sulfur ⁊ spũs procellarũ pars calicis eorũ. Qm̃ iustus dñs ⁊ iustitias dilexit: eqtatẽ vidit vultus eius.

CUm frequẽter in titulis positus videat in finẽ: ⁊ intẽtionẽ mẽtis nr̃e ducat semper ad dñm chr̃m: tñ ppter diuersa miracula positũ esse nõ dubiũ est. Mõ enim indicat gliosissimã passionẽ: modo triũphalẽ ⁊ admirabilẽ cũctis gẽtib⁹ resurrectionẽ: nunc aũt sanctã fidẽ declarat: in qua hereticꝰ digladiant cõtra fidelissimos christianos. Ita fit vt iugiter tendat ad christũ: q̃uis diuersis significationib⁹ iueniat aptatũ. Qõ ẽt in reliquis psalmis si aciẽ mẽtis intendas: cognoscis esse faciẽdũ. De psalmo aũt ⁊ Dauid: illa meminisse sufficiat: que superius dixisse cognoscimur. Sciendum tamẽ hunc psalmuꝫ prolatũ esse ad hereticos destruendos. Diuisio.

PSalmus hic totus ad personaꝫ prophete referẽdus est. Primo capite de insidia toribus dicit hereticis: qui nitũtur catholicos in suã ꝓuertere prauitatẽ. Scdo dñi iudiciũ cõminatur: ⁊ quid in illa retributione sustinere possint euidẽter oñdit: vt iustitiã dñi meruẽtes: supstitiosas falsitates desinãt. Expositio.

IN dño confido: quo mõ dicitis aie mee: transmigra in montẽ sicut passer. Hoc schema oꝝ cenonema: id est: cõicatio ꝓsilij. Qõ fit freq̃nter: qñ aut cũ aduersarijs: aut cũ auditorib⁹ vba miscem⁹. Ad psuasores qppe hereticos hic sermo dirigit: qui volunt log qõ impiũ est: vt cõtẽtionibus prauis seducãt aĩas inocẽtes. Dic ergo vir fidelis dicit: duꝫ ego sim in religionis fixo cacumine ꝓstitutus: quẽadmoduꝫ mihi suadetis: trãsmigra in mõtẽ: id est: ad hereticꝫ prauitatem: mẽtiẽtes ibi esse chr̃m: vbi vitas nulluꝫ ꝓbatur habere vestigiũ. Mons enim in scripturis dñis equocus est: qõ dissimilib⁹ reb⁹ pro aliq̃ cõparatione deputat: Frequẽter enĩ ⁊ in bono ⁊ in malo ponit. Nã cũ in bono mons dicit: firmitas ei⁹ ꝓsideratur: ⁊ bono rabilis altitudo. Luꝫ in malo: stupor mẽtis ⁊ eleuata supbia. Sic vnũ nomẽ diuersis rebus: ꝓsideratis q̃litatibus ꝓgruẽter aptat. Passeꝫ quoq̃z plura sunt genera. Aly gaudẽt ad foramina parietũ: Aly valles roscidas requrunt: Nõnulli mõtes appetunt squalẽtes. Sed nũc de illis dicit q̃ ad altissima loca terraꝫ leuissima volũtate rapiunt: vt bis merito siles estimẽtur qui ad negssimas pdicationes leuitate incõstãtis animi trãsferunt. Qm̃ ecce pctores irẽderũt arcũ. Arcũ: mãdata diuina debemus aduertere: que hereticus tractãs: ⁊ in sua prauitate ponẽs: ad vulnus aĩe tẽdit opandũ: vt nõ ad salutẽ compungat: sed eterna morte trãsfodiat. Et bñ arcus ponit in sacratissimis scripturis: qꝫ in vnũ duo testamẽta ꝓiũgẽs: aut defensionem tribuit: aut ruinã: sic Apls dic. Alys qdẽz sumus odor mortis in mortẽ: alys odor vite in vitam. z. Cor. 2.

[Parauerũt sagittas suas in pharetra: vt sagittẽt in obscuro rectos corde.] Permanet in cõparatione sagittary. Naꝫ sicut iste habet sagittas in pharetra: ita ille gestat in corde verba venenosa. In obscuro vo: sine cum psecutionibus perturbatur ecclesia: qñ timore periculi carnales hoies credũtur facilius ĩmutari: siue in abscõdito cõsilio: cũ opportunius putãt christianos decipere: qñ eos iudicãt sua consilia non videre. Sed cũ dicit: rectos corde: insidias eoꝝ ostẽdit inanes ⁊ vacuas. Recti enim corde nõ sunt: nisi qui nulla iniqua decipi psuasione potuerunt. [Quoniam que psecisti destruxerũt: iustus aũt qd fecit:] Idẽ de ipsis hereticis dicit: destruxisse illos legẽ dñi: cuꝫ interpretationibus falsis scripturas scãs lacerare molliũtur: ꝓuertentes in quorũdã necem que a dño prophetata sunt ad salutẽ. Subiungit etiã defensio dñi christi. Dicit enim: si hoies voluerũt equitatẽ iniqua interpretatione subuertere: cur accusant eũ qui iuste locutus est: Errores enĩ: nõ de pcepto trahunt: sed de negssima sua voluntate ꝓcipiũt. [Dñs in tẽplo sancto suo: dñs in celo sedes eius.] Exprobratis his q̃ falsa sentiunt: de religione verissima: ad scõm caput ꝓpheta peruenit: in quo iam iudicia dñi dicit esse ventura: vt humana peruersitas saltẽ se considerata dñi districtione recorrigat. Et vt inocentem decipi aliqs non putaret impune: dñm dicit in vno quoq̃z religioso ꝓsistere: sicut ait Apls. Si q̃s tẽplum dei violauerit disperdet illũ deus. Tẽplum enim dei sanctũ est quod estis vos: vt sciat hereticus a deo se posse disperdi: a quo noscũtur corda recte credentium posideri. Luꝫ enim: sanctos viros significat: quos presentia maiestatis sue dinitas insidere dignat. Et q̃ pulchre subozit i. Cor. 3.

subozitur laus rei lese. Qualis enĩ bonor: qualis est glozia suscipe creatorẽ: quẽ non est dubiũ bonos semper inuisere: [Oculi eius in pauperem respiciũt: palpebre eius interrogãt filios hoium.] Sicut infelices sunt a q̃bus auertitur: ita beati reddũtur ad q̃s ꝓpitius respicit deus: qñ intuitus ei⁹ bñficiũ est: qꝫ peccatoꝝ tenebris nõ offendit qui tãta clarẽtate lustratur. Nã ⁊ lapsus Petrus redire tunc meruit: qñ eum clemẽtia diuinitatis aspexit. Et intẽde q̃ prius posuit oculos: post vo palpebras. Palpebre dicte sũt a palpitando. Sũt enĩ quedã luminũ thece: ⁊ quasi folles oculoꝝ: q̃s claudimus dormiẽtes vt fatigatuꝫ corpusculũ reparare possimus. Ergo qꝫ in dño mẽbrorum ministeria per allegoriã frequẽter aptant: dicit eum non solũ qñ intendit oculis: sed etiã tunc regrere: id est: cõsiderare filios hoiuꝫ: cũ ea negligere quasi dormiens estimat. [Dñs interrogat iustũ ⁊ impiuꝫ: qui autẽ diligit iniquitatẽ odit aiam suam.] Non est improborum derogatio cogitãda: qñ dñs iustũ requirit ⁊ impiũ: qui oia sub veritate discernit. Qõ ideo dicitur: vt hoium desideria opiniones fatue nõ seducãt: sed vnusq̃sq̃ circũspiciat consciẽtiam suã: de qua nouit solũ dñm ferre iudiciũ. Sequitur breuis ⁊ manifesta sentẽtia. Quid est diligere iniqtatẽ: Odisse animam suã. Sic enĩ se psequitur qui diabolũ sequitur: dum illas semitas cõmeare vult: que ad penarũ loca fugiẽda pducunt. [Pluit sup pctores laqueos: ignis ⁊ sulfur ⁊ spũs procellarũ: pars calicis eoꝝ.] Pluit: ad vba pdicantiũ retulit celo manãtia: que pũssimis imbrescunt: perfidis autẽ igniti laquei. Illi enĩ bene intelligẽdo inde fructificãt: isti male tractando animas suas nodo quersitatis strangulãt. Ignis est: qũãdo eos flãmea cura consumit. Sulfur: qꝫ cogitationes eorũ detestabili fetore sordescũt. Spũs procellarũ: dũ se tumultuosa mente cõfundũt. Pars calicis eoꝝ: id est: mensura qua pollutis actibus ebriantur.

Ps. 22. ETY

Calix autẽ ⁊ in bono dicit: vt est: Calix tuus inebriãs q̃ preclarus est. Calix enĩ mẽsura est qua potant anime. Calix aũt dictus: eo q⁹ assidue calidã soleat suscipere potionẽ. Macrobi⁹ quoq̃z Theodosius: in quodã ope suo: gentẽ dicit cylicranorũ fuisse iuxta heracleã cõstitutã: cõposito noĩe ἀπὸ τοῦ κυλίχου: qõ poculi gen⁹: vna littera ĩmutata calicẽ dixit. Qñ hoc nomẽ memorie cõstat infixũ. [Qm̃ iustus dñs ⁊ iustitias dilexit: eqtatẽ vidit vultus eius.] Fit quoq̃z de equitate eterni regis: decora cõclusio. Iustũ dicit dñm amare iustitiã: qꝫ nescit alios respicere: nisi quinorũt custodire iustitiã. Adiecit: eqtatẽ vidit vultus eius: illã scilꝫ equitatẽ quaꝫ tñ propitius ipse ꝓcedit. Nõ enĩ quicq̃ ex se pbi humanitas habet: nisi qõ a dño bonoꝝ oĩum suscepit largitore. Vultus vo hic:

Ps. 33.

ppitiationẽ dñi significat: Nã ⁊ in alio ps legit. Vultus aũt dñi sup faciẽtes mala. Sed qñ hic dixit eqtatẽ vidit: p eqtatẽ grãꝫ ipsi⁹ fecit ĩtelligi. Cõclusio.

Quam bene vlutias hereticorũ ⁊ retributiones eoꝝ: psalmus iste mirabili breuitate cõplexus est: vt quoꝝ futuras penas agnoscimus: ab eorum prauitatib⁹ arceamur. Est enĩ in numero ipso ⁊ vtus sancta decalogi: qui humane vite puenit gliosissimus istitutor. Nã sicut ille hoium vitia ꝓdemnat: sic ⁊ iste sensuꝫ inique pdicationis impugnat: tãto a maiore piculo liberãs: q̃to plus est in fide delinquere: q̃ carnis fragilitate peccare. Merito q̃ ⁊ hic psalmus hũc numeꝝ tenet: qui sensus nr̃os in orthodoxa credulitate pfectissima istitutione ꝓfirmat. Nã ⁊ in euãgelio: bon⁹ seruus offerẽs decẽ talẽta laudat⁹ est: ⁊ ptãtẽ supra decẽ ciuitates accepit in pmiũ. Apls quoq̃z in magnũ sacr̃m: verbũ dñi decẽ scripsit ecclys: significãs sacre doctrine plenitudine hãc cõpleri q̃titatem. Nã ⁊ numerus ipse in magnã vtutẽz laudẽq̃z collectus est: qui lꝫ in extẽsuꝫ calculũ ifinitũq̃z tẽdatur: ipse tũ in semetipso semp crescẽti sũma reuoluitur: ⁊ ppe vt cũ nihil recipiat extraneum magnum de se facere videatur augmentũ. Dicitur etiã merito dicitur decus: quoniã a decore nomẽ accepit. Luꝫ. 19.

Explicit expositio in psalmũ decimum.

¶ In finẽ pro octaua die ps Dauid. XI.

SAluum me fac dñe: quoniã defecit sanctus: quoniã diminute sunt veritates a filijs hominuꝫ. Vana locuti sunt vnusq̃sq̃ ad primũ suũ: labia dolosa ĩ corde ⁊ corde locuti sũt. Disp̃dat dñs vniuersa labia dolosa: ⁊ linguam magniloquam. Qui dixerũt: linguã nostraꝫ magnificabimus labia nr̃a a nobis sunt: quis noster dñs est. Propter miseriã inopũ ⁊ gemituꝫ pauperũ: nunc exurgã dicit dñs. Ponaꝫ in salutari: fiducialiter agã in eo. Eloquia dñi eloquia casta: argentũ igne examinatũ: probatum terre: purgatũ septuplũ. Tu dñe servabis nos ⁊ custodies nos: a generatione hac in eternum. In circuitu impij ambulãt: ꝓ altitudinẽ tuã multiplicasti filios hoiuꝫ.

QStaua: vt in sexto ps iã dictuꝫ est: ad eternã ptinet requiẽ. Nã octauũ diẽ mũdus iste nõ recipit: sed finito septio redit semper ad pmũ. In istis enĩ dieb⁹ pluralis est numerus: ille autẽ singularis accipit qui nullo succedẽte narrat. Quapp dicẽda vtus est psalmi: vt per ei⁹ intẽtionẽ iscriptio tituli facili⁹ possit intelligi. Petit itaq̃z ppheta: inigtatẽ mũdi isti⁹ destrui vt ad illã vitatez future pmissionis debeat puenire. Sic illud ipturbabile regnũ significat: qñ ei⁹ btitudo idefinẽter expetit. Merito q̃ huic ps octau⁹ dies aptat⁹ est: vbi seculi isti⁹ ꝓsuetudo vitiosa deserit: ⁊ illius venire innocentia postulatur. Letera vo huius tituli verba: precedentibus expositionibus probantur esse notissima. Diuisio.

PRima pte ppheta a mũdi isti⁹ quersitate saluũ se petit fieri: qñ dolosi atq̃z superbi potẽtiã dñi sceleratis oblocutionib⁹ abnegabãt. Scda: promissionẽ pris per oipotẽtem filiuꝫ pdicat esse faciendam: eloquia domini sub breuitate collaudans: sicut prius sermones impios arguebat. Expositio.

SAluum me fac dñe quoniã defecit sanctus: qñ diminute sunt vitates a filijs hominuꝫ. Studiose discutiamus hoc pricipiũ psalmi: quoniã magnoꝝ schematum decore formatũ est. Exclamat enim ad dñm subito ppheta: vt de ipsa formidine appareat periculi magnitudo. Deinde per figuram synatrismos: vsq̃z ad diuisionẽ cõgregat multa que timuit. Qõ schema inter violẽtissimas figuras accipit: quã SCHE

do plurima res in vnū: ⁊ multa crimina colligūtur. Nā cū hoc seculū respiceret aīas multiformiter īgrauare: saluū se petit a dño fieri: apud quez verā medicinā nouerat iueniri: sanctū dicens abesse de mūdo: vbi tanta malozꝫ inesse cognoscit̃ multitudo. Hoc q̃ tum ad hoies ptinet: dr̃: cetezꝫ ille vbiq̃ pñs esse cognoscitur. Et ne hr̃etur ambiguum qd̄ dixit: defecit sctūs: consequitur diminutas esse veritates a filijs hoīum. Aliter enim sanctus deficere nō poterat: nisi fuisset inter hoies veritas iminuta. Qd̄ argumentuz dicit̃ a consequentibus: qñ illud qd̄ pmittit̃: sequēti dictione firmat̃. Uerum eum dicit: diminutas depauata dei munera culpis hoīum euidenter ondit: quē collata sibi beneficia ppria puersitate cōmaculant. Et intuēduz q̄ plurali numero sunt posite veritates cum vna sit veritas. Sed cuz virtus eius per vnumquēq̄ hoīem celesti dispēsatiō̄e tribuitur: multas eē testamur. Ut dicere solemus: ppbetia dauid: ppbetia hieremie: euāgeliū matthei: euangeliuz ioānis: ceterosq̄ qui huius rei honore florueruntˑ ita ⁊ veritates enūtiamus: quādo qualitas eius per indiuiduas partes humanis mētibus dñi largitate prestat̃. Pōtetiā ⁊ ad iudeum populū cōpetenter aptari: qui donis celestibus vacuatus credere nōn voluit: quem tātorum videtiuz turba ppbetauit. [Uana locuti sunt vnusquisq̄ ad primum suum: labia dolosa in corde ⁊ corde locuti sunt mala.] Uana falsa significat: iuxta illud qd̄ superius dixit. Diminute sunt veritates a filijs hoīum: quādo cōtra dominū chrístuz testimonia querebāt: ⁊ semetipsos prauis susurrationibus excitabant. Proximos autē significat: non tam cognatione generis: q̄ sceleris participatiō̄e sociatos. Nā qd̄ dicit: in corde ⁊ corde: quotiens volumus dolosos exprimere: duplicia eorū corda declaramus: sicut salomon dicit: Uir duplex aīo: inconstans est in omnibus vijs suis. Quādo aūt simplices cupimus indicare: vnum cor in eis eē testamur: sicut in actibus apostolorū legit̃: Multitudinis aūt credētium erat cor vnuz ⁊ aīa vna. Sic ⁊ bilingues dicimus: qui in vna snia minime pseuerāt. Et respice predictas res qualis fuerit secura snia: Locuti sunt mala. Necesse enim erat vt mala loquerent̃: qui duplicia corda gestabāt. [Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: ⁊ linguā magniloquam.] Sequit̃ snia generalis: sicut solet lege sanciri quādo vnus peccat ⁊ vniuersale malum seueritas pmulgat ac cōdemnat. Disperdat ꝓtra adunationē dicit̃ iudeozꝫ: vt passim pereant qui in vna se prauitate collegerāt. Linguavo magniloqua est: que sibi aliqd magne ptātis assumit: nec intelligit a creatore datū: dum euentus rezꝫ sibi putat esse subiectos sicut apocalypsis de antichristo dicit. Uidi in cornu illo qd̄ erat excelsius: os loquens magna ⁊c. Et ne in bono linguam magniloquā potuisses accipe: pmisit: labia dolosa. Considera vo pietatem dicentis: qd̄ nō hoībus: qz multi ex ipsis cōuertēdi erāt: sed ipsis vitijs imprecat̃. [Qui dixerunt: linguam nostram magnificabimus: labia nostra a nobis sunt: quis noster est dñs.] Illos exponit qui in psperis rebus nimia loquacitate turgentes: gloriam suam exaltare pōsumūt ⁊ ponunt in ppria ptāte: qd̄ se demētes a deo nō intelligūt accepisse: Dos paulisper interrogo: quare non sunt garruli: cum superuenientibus curis stupida taciturnitate constricti sunt: Defigentes enim vultus in terram: claudunt: hostia labiozum: ⁊ tanq̄ linguaz perdiderint: sic confusis mentibus obmutescūt. Ad-

Act. non hz

Act. 3.

DEF

Apoc. 13.

de egritudinum varios casus: vt frequenter non sit idoneus cibuz petere: qui videbat̃ de labiozuz se ptā te iactare. Tunc si pñt dicāt: labia nostra a nobis sūt quis noster est dñs? Istud autem: quis noster est dñs sacrilegozꝫ verbo repetit̃. Que figura dicitur Antisagoge: idest: Ōdictio. [Propter miseriam inopum ⁊ gemitum pauperum: nunc exurgam dicit dñs.] In his duobus versibus subtiliter patris ⁊ filij inspiciende persone sunt: vt nobis intelligentie cōfusio possit auferri. Nam postq̄ arguit eos qui de dñi fundēdo sanguine tractauerūt: venit ad secundaz partem in qua ppba voce patris resurrectionem pmittit dñi saluatoris. Aliena enim verba referre possumus: cū tñ persone nostre non mutamus eloquium: Intelligemus autem que sit pietas hic creatoris: quando ppter miseriam inopum ⁊ gemitum pauperū clarificatus est dñs christus: ne eius fideles diutia tribulatiō̄e grauarentur. Exurgam. Metaphorice dictum est illuz exurgere qui nescit humana ibecillitate recubare. Sz exurgam dicit: appaream: ⁊ manifester in filio: Una enim virtus ⁊ indiscreta maiestas est. Apparet enim ⁊ manifestat̃ pater in filio: sicut ipse in euangelio dicit. Qui me videt videt ⁊ patrem. [Ponaz [super salutari meo: fiducialiter agam in eo.] Salutare suum dicit pater verbū suū: qd̄ est caro factum: p qd̄ vita mortalibus venit: dum oīs credens salutem copiosa largitate consequit̃. Et quid sup eū ponit: Cōsolationē scilz: quā superius dixit iopū ⁊ pauperū: qd̄ dño resurgente saluatore fidelibus puenisse manifestū est. fiducialiter agam: ptās oipotētie pñe declarat̃: qz reuera ille fiducialiter agit cuius volūtati nullus pualet obuiare. Sic ⁊ de chrísto ī euāgelio dcm̄ est. Erat enim docēs eos tanq̄ ptātem habēs: non tanq̄ scribe eozꝫ ⁊ pharisei. Sed ptās pñs: fily fiducia est: sicut fily fiducia: ptās est pñs: qd̄ toti trinitati p vnitate nature certum est conuenire. [Eloquia dñi eloga casta.] Postq̄ dixit verba patris: eadem ipsa laudando ꝓfirmat. Nā sic omnia ꝓtigerūt: quēadmodū promissa noscunt̃. Quid sint ergo eloga dñi: sub breuitate definit̃: id est: eloga casta: videlicet virginali integritate purissima: que nullum mendacium corrumpat: nulla macula falsitatis ficiat. Nā sicut castitas ignorat pollutionē: ita eloga dñi nesciunt cuz aliqua sordē misceri. Sz hoc nō ociose accipias: qz ꝓtra illō ponit̃: qd̄ superius dictum est de iniqs: Uana locuti sunt vnusqsq̄ ad primū suū: vt inspecta rerū varietas: ab iniqua nos ꝓsuetudīe remoueret. Qd̄ schema grece syndicasmos dr̃: latine collatio: quādo sibi: aut persone: aut cause: siue ex ōrio: siue ex simili cōparantur. Dic enim eloga diuina laudant̃: superius vo sermo humanus arguit̃. [Argentum igne examinatum terre: purgatum septuplum.] Adhuc definit per similitudinem metalli candidi quid sint eloqua casta. Argentum terre igne examinatum: qd̄ solet eē puritissimum: quādo frequēti fuerit decoctione mundatū. Examinatum quippe vel purgatum: contra illud ponit̃ qd̄ de pctōribus ait: Labia dolosa in corde ⁊ corde. Et vt q̄plurim̄ distaret agnosceres: addidit: purgatum septuplum. Qui numerus ad septiformem spiritū videt̃ posse respicere: id est: timorē dei: pietatem: scientiam: fortitudinem: consilium: intelligētiā: sapientiam: per que verbum diuinum tanq̄ in succēsis fornacibus manens: veritatis rutila coruscatione resplēdet. [Tu domine seruabis nos ⁊ custodies nos a generatione hac in eternuz.] Sicut superius dixit

SCHE

SCHE

Joh. 14

Alt. Jn

Prouer. 2.

Matth. 7

DOG

disperdat

disperdat dominus vniuersa labia dolosa: ita hic cōseruaturum dominum promittit: qui eloquiis eius pura mente crediderunt. Et vide sancte regule quā moderatione seruate sunt. Dum dicit: tu nos custodias: presumptionem caduce humanitatis abscidit ne quis de se confidendū vllatenus estimaret. A generatione hac siue iudeos: siue mundi istius significat peccatores: a quibus nostra virtute nō possumus custodiri: nisi illius miseratione protegamur. Addidit etiam: in eternum: qz hic nos in tribulationibus consolatur: ibi in eterna securitate constituet. Dic adiuuat: illic glorificat ⁊ coronat. Ita nos pyssimus creator: ⁊ hic conseruat ne pereamus: ⁊ ibi beatificat vt nullatenus miseri esse possimus. [In circuitu impy ambulant: fm altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.] Postq̄ sermones impiorum in prima parte competenti execratione redarguit: ⁊ in secunda parte eloquia dñi mirabili predicatione laudauit venit ad conclusionem psalmi: in qua singulis partibus sub vno versu digna restituit. Dicit enī sub breuissima snia: in circuitu impios ambulare: vt nunq̄ ad rectam possint semitam peruenire. Tortuose siquidem vie malis semper moribus applicātur: sicut salomon de impys dicit. Derelinquerūt vias rectas: vt ambularent in vias prauas: ⁊ ideo peruenire ad requiem octaui diei nequeūt: qui rotazꝫ more in sua semper terga vertunt̃. Sequitur: Scōm altitudinez tuam: multiplicasti filios hominuz. Hoc ad illos pertinet qui sincere eloquys dñi castis purissimisq̄ crediderunt. Et vide quātum illis in isto verbo promittitur. Dicit enim: fm altitudinem tuam multiplicasti filios hoīuz: non fm merituz suū: sed fm illud qd̄ humanas nescit angustias sustinere. Altū enim sepe dicimus qd̄ cōprehendere nō valemus. Sub mēsura enim creator nō est: que creaturis oībus data est: nec aliqua in eo potest esse dimensio: a quo rebꝰ oībꝰ numerus: pōdus: mēsuraq̄ prestatur. Multiplicasti aūt filios hominum: ad illam pmissionem respicit abrae: in qua dicit: Multiplicās multiplicabo semē tuū: sicut stellas celi. Qd̄ enī in sanctis suis ⁊ fecisse ⁊ quotidie facere manifestum est. Conclusio.

Beñ. 16. 1. 22.

Considerenus hunc psalmuz nimis vtilia nobis sacramenta declarasse. Dixit enim: q̄ vanis ⁊ superfluis homines locutionibus occupentur: vt non veritatem qua viuant: sed quo moriuntur velint affectare mendacium. Deinde quale sit eloquium domini: cōsequenter exposuit: vt salutarit̃ vnicuiq̄ sua sordeāt: si quā tū sint mūdissima dñi verba cognoscat. Quibus rebus illud remediū dat̃: quoniā fm potētiā dñi filios hoīum constat posse liberari. Et qz vndecimi numeri virtus in quo hic psalmus est constitutus: euangelicū nobis cognoscit̃ indicare mysterium: patrifamilias supplicemus: vt in vineam suam saltem vel vndecima nos horā clemētissimus intromittat: quatenus mercedem operibus nō debitā: sed dignet̃ donare gratuitam. Nā ⁊ beatus Prosper in scōa pte libri qui inscribit̃ ante legem: sub lege ⁊ sub gratia: de vndecimo calculo sic ait: Nec q̄ sine huius mysterio vndecim velis cilicinis tabernaculū desuper operiebatur: quo reū esse ostendat totū mūdū deo: ac sub penitētia degere. Ipsius enī numeri ps habet principiū: Saluū me fac dñe: qñ defecit sanctus: quoniam diminute sunt veritates a filijs hominum.

Explicit expositio in psalmum vndecimum.

¶ In finem psalmus Dauid. XII.

Usquequo domine obliuisceris me in finez: vsquequo auertis faciem tuam a me? Quandiu ponā consilia in anima mea dolorem in corde meo per diē. Usquequo exaltabitur inimicus meus super me: respice ⁊ exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos: ne vnquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus: preualui aduersus eum. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego autez in misericordia tua speraui. Exultabit coz meuz in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mihi: ⁊ psallam nomini domini altissimi.

Um tituli huius verba precedēti expositione iam nota sint: conuenit vt de cōtinentia magis psalmi: aliqd dicere debeamꝰ. Totus enī de charitate loquit̃ dñi christi: in qua est totiꝰ legis sita pfectio: quā si qs bēt oīa mūdi istius blādimēta postponit. Nā dū ipsa sola ex toto corde regrit̃: eiꝰ ōriū nō amat̃. Charitas enī dei quedā vernalis est pluuia virtutū: sub qua ⁊ beata volūtas germinat: ⁊ opatio sancta fructificat: patiēs hic in aduersis: tempata ī psperis: humilitate potēs: afflictione letissima: inimicis beniuola: bonis suis superās malos. De qua etiā sup ne creature semp accense sunt: flāma reficiēs: desiderium salutariter crescēs. Et vt apostoli Joānis voce cūcta cōplectar. Deus ipse charitas est. Quapropter ipsam nos decet expetere: ipsam sine fine desiderare: vt qz hic inde expleri non possumus: saltem ex ea in futura retributione satiemur: sicut in centesimo octauodecimo psalmo legit̃: Defecit in salutari tuo anima mea. Istud enim deficere felici est perennitate constare.

1. Joan. 4.

Pōs. 118.

Diuisio.

Um respiceret ppheta prima pte gentis humanū mortiferis supstitionibus occupari: nec ad cultura veri dñi puris sensibus festinare: credulitatē suā aduētu sancte incarnatiō̄is magno desiderio depreat expleri: vt vel tūc cōfusa gētilitas salutariter deuios errores abyceret. Scōo mēbro: ad nostras petitiō̄es efficaciter instruēdas illuminari fidē suā vehemēter expostulat: ne inimici aliqua fraude succumberet: qui semper se in eius dicit misericordia fuisse confisum.

Expositio.

Squequo dñe obliuisceris me in finē: Plenus ppheta: vt dictū est: dñi charitate copiosa: qua eius humanationē auide sustinebat: pfidēter eructuās dicit differri se diutiꝰ ab expectatiō̄e sua: qñ omni desideranti valde molesta dilatio est. Quem īz illuminatiō̄e fidei credebat esse vēturū: de eius tñ tarditate cōquerit̃: cuius adhuc speratū cernere nō merebat̃ aduētū. Nō enī obliuiscit̃ deus: sed ab eo qui desiderat obliuionem credit̃ pati: quādo differt donare qd̄ petitur. In finē: hic tēpus significat: quo īcarnationē dñi puidebat esse vēturā. Talis enī querela: fideles aīas pulsat: vt ⁊ sine fine celestia cupiāt: ⁊ de

Lassio.

domini semp pmissione ꝓficiant. Et intuendum: q̃ per hos quatuor versus: vbiq̃ verba patientie cõstãtissime ponit. Dicit enĩ vsquequo: quousq̃: q̃ diu: repetẽs etiã: vsquequo. Que figura dr̃ Epimone: quando similia dicta crebra repetitiõe geminantur. [Quousq̃ auertis faciẽ tuã a me.] Apparitionem postulat christi quã in spiritu iaz puidebat. Ipsa est enĩ facies eiꝰ que carnalibus ꝓculis potuit apparere. Quaz ille vir sanctus affectu generalitatis merito cupiebat aspicere: que mũdũ dignata est celesti visitatiõe saluare. Sic ⁊ desideriũ diuini amoris ostẽsum est: ⁊ ipletã charitatẽ ꝓstat ĩ primis: qũ iugiter expetebat qõ oib ꝰ pdesse cognouerat. Utrũq̃ enĩ ꝓiunctũ: vtrũq̃ sociatum est: vt nec deus sine primo amẽt: nec primus sine diuinitate diligat. [Quãdiu ponã cõsilia in aia mea.] Hic ardor maximus sustinentis exprimit. Dicit sibi deesse ꝓsilium: vt videndi mitigare possit affectum: quando inestimabilis est anxietas concupiscere bonum: ⁊ diutius sustinere venturum.

SCHE

Alt: vsqzquo

[Dolorẽ in corde meo per diẽ. Usquequo exaltabit inimicus meus sup me?] Adhuc sup pys conquestionibus pseuerat. Subaudit enĩ de versu supiore: ponã: vt sit plena snia. Dolorem in corde meo ponã per diẽ: id est: per singulos dies: vt absolute ꝓtinuatio tẽporis possit intelligi: Et respice versus istius primus verbũ: vt iam nõ desideriũ: sed decoro crescẽte ambitu excitatus dolor maximus sentiat: qõ vtiq̃ fit quãdo spes lõga ꝓtrahit. Inimicus meꝰ. De diabolo dicit: qui ante aduentũ dñi exaltatus humana captiuitate gaudebat. Sup me: hoc est: sup credulitatẽ meã q̃ ille toto orbe colebat instãter: cũ deuotionẽ diuina religio nõ bret. [Respice ⁊ exaudi me dñe deus meus: Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã in morte.] Uenit ad zm mẽbrũ deprecationis sue. Sz quas hic pietatis sue lachrymas ꝓfudisse credamus ne dilatione diuina: totꝰ mũdus captꝰ doloribꝰ interiret. Me enĩ cũ dicit: nõ sibi tñ singulariter petit: sed vniuersis fidelibꝰ supplicat subuẽire: quoꝝ dilectione remediũ generale petebat. Respice: ad illud referẽdũ est qõ supius ait: vsquequo auertis faciẽ tuaz a me. Exaudi vo: ad illõ qõ dic in capite psalmi: vsquequo dñe obliuisceris me in finẽ. Oculos aũt cordis hic debemus aduertere: qui in mortẽ obdormiũt: qũ fidei lumine sepulto: carnali delectatione claudunt. [Ipse est enĩ somnꝰ: de quo letat inimicus.] Ne qũ dicat inimicus meꝰ pualui aduersus eũ. Qui tribulant me exultabũt si motꝰ fuero.] Hoc de diabolo ⁊ angelis eiꝰ dicit quibꝰ talis ꝓsuetudo est: insultare dũ capiũt: victorias suas putantes sequaciũ ruinas. Dicit enĩ: Si diuisus a te fuero illis gaudiũ dabo: qui detestabili ꝓsuetudine tũc efficiunt leti: qũ deceptos a se cognouerũt possideri. Nã qõ dic: si motꝰ fuero: significat infidelis aĩe mutabilitatẽ: q̃ necesse est vt in laqueũ diaboli pedẽ mittat: si se quispiã vestigio mentis a dñi firmitate subducat. [Ego autẽ in misericordia tua sperani. Exultabit cor meuz in salutari tuo.] Quãuis desiderio magno raperetur: patientie sue tñ momenta declarauit dicẽs: q̃ ⁊ si adhuc ꝓtingat ꝓpria vota differri: ipse tñ supna misericordia suffragãte in spe eius possit firmissimus iueniri: sicut apls dicit. Spes autem nõ confundit. In tua enim misericordia dicit: qũ qui aliter putat: oẽm spez sue credulitatis euacuat. O virtus fidei: ⁊ firmitas magna credentis. Gaudebat ad psentis absentiã: ⁊ interior bonꝰ o dei salutare iam cõspexerat: quẽ adhuc exterior

Ro. 5.

carnalibus oculis cernere cupiebat. [Cantabo: domino qui bona tribuit mihi: ⁊ psallam nomini dñi altissimi.] Cum se in principys crebra cõquestiõe a desiderio suo dicat eẽ dilatũ: hic sibi bñficia dñi iam letus asserit cõtributa: siue q̃ per ꝓphetie virtutẽ accepisse se dicit: qõ manifeste nouerat esse venturum: siue q̃ hoc ipm credidisse iam pmiuz erat: sicut legit. Credidit abraam deo: ⁊ reputatum est illi ad iustitiã. Merito ergo accepisse se dicit: cui tanta fidei fuerat firmitas attributa. Et inde qõ prius dixit cantabo: deinde psallam. Cantabo corde: vbi nimia letitia cõplebat: psallã operibus bonis: qõ maxime diuinitas querit: vt cantabo ꝓtineat ad contemplatiuam: psallam ad actualem. Que duo tãq̃ gemini oculi pulcherrime sociata: reddunt illuminatissimum christianum.

Gen. 15.

Conclusio.

Respiciamus prophetam: in contemplatione beata positũ: quãto desiderio gloriosaz incarnationẽ dñi sustinebat: ⁊ hinc aduertamus quale munꝰ inde suscepimus: qõ regẽ potẽtem ⁊ sanctũ ꝓphetã tanto studio conspicere voluisse sentimus. Sed dño supplicãdũ est: ne diabolo tradat sua desertione tentãdos: ⁊ tali beneficio nos reddat indignos: vt cui ille adhuc vẽturo famulabat: deuotissime nos ei qui iam venit fideliter seruiamus. Admonet etiã duodenarius numerus: apostolorum nos recolere quãtitatẽ: qui doctrina pfectissima mãdatoꝝ: ⁊ dñm sup oia dilexerũt: ⁊ pximos eadẽ vt se charitate cõplexi sunt: vt merito hic psalmus talia nobis sacra cõcesserit: qui apostoloꝝ noscit numero consecratus. Duodeciz quoq̃ tribubus hebreoꝝ populum cõstat esse diuisum. Duodecim etiã sedes in iudicio vẽturo dñs pmittit apostolis. Duodeci quoq̃ mẽsibꝰ annus ipse ꝓtritus est. Sz ⁊ alia huiusmodi plura diligens lector inuenies: vt hunc calculuz multis mysterys refertum esse cognoscas.

Explicit expositio in psalmum duodecimũm.

¶ In finem psalmus Dauid. XIII.

Dixit insipiens in corde suo: non est deus. Corrupti sunt ⁊ abominabiles facti sunt in studijs suis: non est qui faciat bonum: nõ est vsq̃ ad vnuz. Dominus de celo prospexit sup filios hominuz: vt videat si est intelligens aut requirens deũ. Omnes declinauerũt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum: non est vsq̃ ad vnũ. Sepulchruz patẽs est gutur eorũ: linguis suis dolose agebant: venenum aspidum sub labijs eorum. Quorũ os maledictione ⁊ amaritudine plenuz est: veloces pedes eorum ad effundẽdum sanguinem. Contritio ⁊ infelicitas in vijs eorum: ⁊ viam pacis non cognouerunt: non est timor dei ante oculos eorum. Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam: sicut escam panis. Dominum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

Quoniam

Quoniam dominus in generatione iusta est: consilium inopis confudistis: quoniam dominus spes eius est. Quis dabit ex syon salutare israel: cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue: exultabit iacob ⁊ letabitur israel.

Cum verba ista premissis expositionibꝰ oino iam nota sint: memoria potius de his q̃ sermo noster requirat. In titulis autem iuste finis frequenter repetitur: vt semper ad omnipotentem christuz audientis animus erigatur. Sed finis iste (sicut dictus est) varys significationibus sensum nostrũ trãsmittit ad dñm: nunc tribulantium confessione: nunc exultatione letantium: nũc docentis affectu: nunc comminatione iudicij. Modo tñ psalmus hic iudeorum vesaniã vehemẽti increpatione castigat: asper inuectionibus: terribilis ꝓphanis: amarus incredulis: vt hec increpatio merito sancte deẽ ecclie: petra cuiꝰ ꝓpositum demens perfidia prauas intentiones nititur excitare.

Diuisio.

Hacies illa domini: que in iz°ps desiderabili supplicatione petebatur: hic iam itro ducit aduenisse. Et ideo primo mõ increpat ecclia catholica iudeos: qui viso christo minime crediderũt. Secdo modo: dic inani eos trepidatione ꝓfundi: qui fructuosum timorẽ dñi cognoscere noluerũt. Ad postremũ: eoꝝ in finẽ seculi pdicit euenire ꝓuersio: cũ plenitudo gentiũ lõgis seculis expectata puenerit: vt cũ dñi pietas in eis ꝓditur: ad confessionis remedia facilius inuitentur.

Expositio.

Celi enarrant gloriã dei: ⁊ opa manuum eius annuntiat firmamẽtum. Quãuis ⁊ ad litteram possit itelligi: celos enarrasse gloriã dei: cũ magos ad Bethleẽ veniẽtes dux stella pcesserit: que stans sup cunabula eius: ostẽdit dñi Saluatoris aduẽtuz: tamẽ hoc melius ad apl'os puertimus ⁊ pphetas: qui de aduẽtu ipsius disserẽdo: orbẽ terraꝫ sanctis admonitionibus impleuerũt: in quibus deus tanq̃ in celis habitauit qui cũcta late cõplectit: non ex parte sed tota eos plenitudine sue maiestatis ingrediens. Pars enim in deo non est: sed vbiq; totus ⁊ plenus est. Impio quippe dicit: Tu qui es: qui enarras gloriam meam: Segtur: Et opera manuum eius: id est ipse homo qui manib⁹ eius fact⁹ est. Sed hoc ad laudem dñi ppheta: vt cum sint opera eius: annũtiare mereant creatoris sui reuerẽda mysteria. Addidit: Annũtiat firmamẽtum: predicationes. ℓ. incarnationis eius: per quã fidei nostre soliditas incõcussa prouenit. Et nota qz hic dicit: homo dei manib⁹ factus. Item legit: Et aridã manus eius finxerũt. Sed hoc humane opationis allusio est: que sine manibus aliquid fabricare nõ pualet. Letetꝫ deus volũtatis sue creauit impio: sicut legit: Ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mãdauit ⁊ creata sunt. [Dies diei eructat verbuz: ⁊ nox nocti indicat sciẽtiã.] Dies diei eructuabat verbum: quando dñs loquebaꝫ apl'is. Ipse enim diuina claritate irradiãs: corde purissimis verba celestis luminis intimabat. Eructuabat enim verbũ: cum de imis penetralib⁹ sermones in sanctoꝝ notitiã pducebat. Nox aũt nocti indicauit sciẽtiam: quãdo Judas Christum iudeis pdidit ac tradidit occidẽduz. Indicare enim: ptinet ad proditionẽ. Tale eniz iter se fecerant constitutũ: vt illũ tenerent quem fuisset sceleratissimus osculatus. O nefandissimũ proditorem: ⁊ iuste a beatoꝝ societate discretũ. Per osculuz causam fecit venire interitus: per qõ humani generis declaraꝫ affectus. Nam qõ diem diei cõparauit: ⁊ noctem nocti: argumẽtum est qõ dicit a pari: sicut ⁊ in. 41⁰ psalmo dicturus est: Abyssus abyssum inuocat: in voce cataractaꝝ tuaꝝ. [Nõ sũt loquele neq; sermones: quoꝝ non audiant voces eoꝝ.] Negãdo nullos esse sermones neq; loquelas quos apl'i reticuissent: illud videt pdicere qõ linguis erant oũm gẽtium diuina inspiratione locuturi. Sermones qppe ipsoꝝ ⁊ loquele: per orbẽ terraꝫ predicationis libertate sonuerunt. Sermones ptinent ad cõmunes narrationes: loquele ad publicas suasiones: qõ vtrũq; apl'os fecisse certissimũ est. [In oẽm terrã exiuit sonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. In sole posuit tabernaculũ suum.] Terrã hic hoiem debemus accipe: qui ⁊ audire possit ⁊ credere. Sonus vo miraculoꝝ fama est: que pro ipsa natiuitate per gentes singulas excellenti opinione currebat. Fines aũt terre sunt reges: qui quasi termini agroꝝ sua regna custodiunt: vt non solũ ad humiles: verũetiã ad pncipes gẽtium euangelij verba peruenisse declarent. Sequit de incarnato verbo pphete sancta pdicatio: vt hoc qõ alios gessisse laudauit: ipe quoq; fecisse videretur. Ab apostolis quippe transiyt ad psonam domini. Que figura dicit Exallage: id est pmutatio. In sole: in manifestatione mũdi dicit. Tabernaculum: id est inhabitaculũ corporis sui. Quod ideo arbitror dictum in sole positũ: vt qui oculuz cordis habet purissimum: sacramẽti illius claritatem ⁊ ferre possit ⁊ cernere. Qui vo heretica prauitate confusus est: icarnationis eius fulgore pcussus erroris sui lippitudine sanctũ lumen dñi non preualeat intueri. [Et ipe tanq̃ sponsus pcedes de thalamo suo. Exultauit vt gygas ad currẽdam viam. Et ipse: Christuz dñm dicit: qui

DOG

ps. 49.

ps. 94.

ps. 148.

TOP

ps. 41.

SCHE

qui tanq̃ sponsus ecclesie sue: processit de thalamo suo: id est de vtero virginali. Magna similitudine sacramentum eius incarnationis exposuit. Ob hoc enim de intacto vtero pcessit dispositione mirabili: vt mũdum deitati reconcilians: ecclesiam sibi sponsi charitate sociaret. Quapropter merito de virgine natus est: qui virgini erat sancta copulatione iungẽdus. Congrue nãq; sponsus a spondendo dicit Christus: qui totiens promissus est per pphetas. Et bene Christus noster gyganti comparat: qz humanam naturam potẽtie sue magnitudine supans: omnia mundi vitia cum suo truculentissimo auctore prostrauit. Dicẽdo enim: Ad currẽdam viam: seruauit qõ in primo psalmo dixit: Et in via peccatoꝝ non stetit. Dec via cursuz eius vite significat: quam dñs egit homo natus: hoc est: qz natus est creuit: docuit: passus est: resurrexit: ascendit in celos: sedet ad dexteram patris. Merito ergo dixit: viaz cucurrit: cuius in nulla mũdi ambitione potuit actus desitare. Dec per allegoricas similitudines decẽter expressa sunt: que aliud docentes: aliud itelligi suadent. [A sũmo celo egressio eius. Et occursus eius vsq; ad sũmum eius: nec est qui se abscondat a caloze eius.] Si diligẽtius iteamur: totius hic maiestas trinitatis ostendit. A sũmo celo: pater significaꝫ. Egressio eius: natiuitas filij: nõ tẽporalis: sed eterna patri: que est ante omne principium: quippe cuz ipm filium constet eẽ principium. Occursus eius ꝗm hominẽ dicit: qz post assumptionem carnis in vtraq; natura Christus pmanens: ad sedẽ maiestatis paterne occurrit. Usq; ad summuz eius: iterũ ꝗm deitatẽ qua patri filius semp equalis est. Nam cum venit a sũmo: in nullo minor fuit: cuz redyt ad sũmũ: deus homo equalis patri in deitatis substantia sicut venerat pseuerat: cui nihil humana detraxit humilitas. Naz qõ ait: Nec est qui se abscõdat a caloze eius: spiritũ sanctum videt significare: quem post ascẽsionem discipulis misit. In actib⁹ enĩ apostoloꝝ legit: ignem apparuisse: qui supra vnumquenq; eoꝝ insidens: gẽtiuz varys linguis eos faciebat effari. Ipe ergo calor est a quo nemo possit abscõdi: qui deitatis sue potẽtia vniuscuiusq; corda cognoscit. Ita hoc vno versiculo: sancte trinitatis ingentia sacramenta declaranĩ. Et intuere: quẽadmodũ lz de tribus psonis dicaꝫ: consubstãtialem tamẽ seruauit vnitatẽ. Sic eniz logtur dicẽdo: Eius: tanq̃ de vno: qz sancta trinitas vn⁹ est deus: sicut legit: Audi Israel: dñs deus tuus: dñs vnus est. [Lex dñi irrepẽhensibilis conuertens aias.] Uẽtuz est ad scõam narrationẽ: vbi per sex versus singule res diuersa laude definiunt. Dec septima est species definitionis: quam greci Catametaphorã: latini: per trãslationẽ dicunt: cũ rem aliquã sub breui pconio que sit ostendimus. Nũc ad singula veniamus. Lex enim illa quam per Moysen dedit: irreprehẽsibilis est: qz pfecta veritate psistit: que per dñm Saluatorẽ non reprehẽsa: sed potius pbaꝫ impleta. Ait enim in euangelio: Nõ veni legẽ soluẽ: sed implere. Et ne eẽt nobis rigoris eiꝰ pernitiosa despatio: adiũxit: Conuertens aias. Illius enim districtionis metus errantẽ corrigit: ⁊ ad Christi gratiaz facit recurrẽ: cũ spem in suis ceperint meritis non hẽre. [Testimoniũ dñi fidele sapiẽtiã prestans paruulis.] Dic de patre dicit: qm̃ oia testimonia que dedit pplo Israelitico fidelia vtiq; fuerũt: qz plenissima veritate recognita sunt: ⁊ sapiẽtiã paruulis pstiterũt: non vtiq; supbis: nec tumida se elatione iactantibus: sed paruulis. Paruuli aũt sunt humiles ⁊ inocẽtes: sicut Apl's monet: Nolite pueri efficiẽ sensib⁹: sed malitia paruuli estote. Testimoniuz quoq; dat filius: sicut ad Timotheũ ait Apl's: Preci pio tibi coram deo qui viuificat oia: ⁊ christo Jesu qui testimoniuz reddidit sub pontio Pilato. Idẽ de spiritu scõ dicit Apl's. Nam ⁊ ipse spiritus testimoniũ phibet spiritui nostro. Uides in illa sancta trinitate: q̃ nihil scriptura diuina velit minus maiusue sentiri: vt nec ipsa nomia patiaꝫ eẽ diuisa. [Justitie dñi recte letificantes corda.] Reuera recte: qz nõ aliter cognoscit fecisse q̃ docuit: qz illoꝝ iustitia recta nõ est: quib⁹ aliud est in ore: aliud in ope. Letificantes corda: subaudi iustoꝝ: qui de iudicio dei letificant: qz nouunt se misericordie dñi pmia consecuturos: sicut dicit Apl's: De reliquo reposita est mihi corona iustitie: quam reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. [Preceptum domini lucidum illuminans oculos.] Reuera lucidũ: qz sincere purum ⁊ imaculatũ: quale a patre luminum pdire decet. Doc illuminat oculos: nõ istos carnales: quos ⁊ pecora nobiscũ possunt hẽre cõmunes: sed illos vtiq; iteriores: qui diuino munere spiritualiter clarificanĩ. [Timor dñi sãctus pmanens in seculum seculi.] Uideamus: qd sibi velit ista definitio. Deũ timẽ non trepida ꝓfusio: sed impturbata ꝓstantia est: cuius status nulla tpali conuersione mutaꝫ: sed in idipsum sinceritate bone conscientie pseuerat. Nam humana formido cũ tẽpore cõmutaꝫ: ⁊ non est sancta: qz non põt eẽ pficua. Timor aũt dei nihil pturbationis habet. Nam lz recte auctorẽ suum timeat: scit vere supplicãtibus misericordem esse qui iudicat. In omni ergo sanctitate versaꝫ: qui suuz iudicem ⁊ timẽ cognoscit ⁊ amare. Mixta enĩ cũ pauore dilectio: timor est dñi: qui vsq; seculari reuerẽtia nuncupaꝫ. [Judicia dñi vera iustificata in semetipa.] Judicia dei dicit vt arbitror: mãdata: que in veteri testamẽto ⁊ nouo ꝓscripta sũt: qz reuera ex iudicio sunt plata. Illud enim iudiciuz singulari numero dicit: vbi boni maliq; diuiduntur. Nam qõ segtur: Desiderabilia: phibet ad illud tempus future iudicationis aptari: qz legit: Ue illis qui concupiscunt diem dñi. Dec aũt iudicia vtriusq; testamẽti: que dicta sunt veritate imutabili pseuerãt: ⁊ tãtum in illis est bonum: vt cum a pys mẽtibus recipiunt veraces faciant ⁊ beatos. Doc autẽ dant qõ habẽt: qz necesse est vt iustificatione plenum sit qõ iustos facit. Peracta est proposite laudis fenaria diuersitate conclusio. Predicãdo legẽ dñi: testimoniũ dñi: iudicia dei: qui numerus in arithmetica disciplina noscit esse pfectus. Singulis enim versib⁹ quasi quibusdam calamis cõpactis: opa dñi laudis studio probanĩ esse cantata: vt doceret pfectionem atq; cõuenientiam eoꝝ que sub tali calculo noscunt eẽ predicata. O ingẽtium rerum stupẽda pfunditas. Quis aut sufficienter distinguẽ: aut pdicare potuisset opera dñi: nisi spiritu sancto pbarenĩ edici: Solus eniz preualet digne de se dicẽ: qui etiam se põt nosse plenissime. [Desiderabilia sup aurum ⁊ lapidẽ preciosum multũ: ⁊ dulcioza sup mel ⁊ fauum.] Desiderabilia sunt iudicia dñi: sicut dictuz est: mandata noui ⁊ veteris testamẽti: super aurum qõ humana cupiditas affectat ardẽtissime possidere: ppter qõ frequenter despicit etiam salutes animaꝝ. Sed qz hoc tante rei parũ est: Addidit: Lapidẽ preciosum multũ: qui in paruissimo margarito plurimum valet: ⁊ exiguo

ETY

Deute. 6.

Alimaclata

DEF

Matth. 5.

i. Corint. 14.

j. Timo. 6.

Roma. 8.

Amoe. 5.

ARITH

metalli pondere ingētem superat pecunie quantitatem. Sed qm̃ inueniri poterant continētes: qui cupiditatem noxiam laudabili parcitate calcarent: addidit etiam sapores p̃cipua suauitate iocūdos: Mel ⁊ fauum. Unde homo nullus excipiꝫ: quāuis ꝓtinens esse videaꝫ: q̃ ꝓpter vetus testamētum superat mel: ꝓpter nouum vincit fauum. Ista enim faucib⁹ tm̃ sapiunt: illa mentibus absolute dulcescunt. Quando schema grece dicitur Auxesis: latine augmētum: paulatim enim ad sup̃iora concrescit. ¶ †Nam ⁊ seruus tuus custodit ea: in †custodiēdo illo illa retributio multa. ¶ Cum dicit seruus tuus: iustum significat ⁊ deuotus: custodiet ea dulcedine. s. illa pellectus: q̃ nequissimis mētib⁹ iudicia dñi semper amara sunt. Et inspice q̃d dictum est: custodiet ea: vt non solum ad tēpus eaꝝ rerum suscipi videaꝫ affectus: sed vsq̃ in vltimum vite spatius in tali deuotione versetur. Post obedientiam premia subsequunt̃: id est retributio multa. Tanta enim diuine clemētie dona sunt: que nequeunt comprehēdi: Sic enim de bis Apostolus dicit: Quod nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit: que ꝓparauit deus diligētibus se. Merito ergo dicta sunt multa: q̃ comprehendi non poterant vniuersa. ¶ Delicta quis intelligit: ab occultis meis mūda me domine. ¶ Ecce ianua certe narrationis aperit̃: In qua Propheta deprecatur: vt oia eius peccata mundent̃: quatenus eloquia oris sui: in conspectu dñi reddant̃ accepta. Sed cuꝫ tribus modis humanis erroribus excedaꝫ: cogitatione: dicto ⁊ facto: īmensum illud delictorum mare sub breuitate constrictum: duobus fontibus emanare testatur. Occultum est: quod originale dicit̃: in quo cōcipimur: nascimur ⁊ secreta voluntate peccamus: id est: cum rem proximi cōcupiscimus: cum nos de aduersarys desideramus vlcisci: cum ceteris prestātiores effici volumus: cum cibos appetimus dulciores: ⁊ his similia: que ita pullulant atq̃ surripiunt: vt ante effectum rei multis celata videant̃. Quod si hec alicui manifesta reddant̃: monente Salomone: Nō eas post concupiscentias tuas. Illud tamē debemus aduertere: quoniam multa peccata sunt: que omnimodis ignorамus: quoꝫ nec origines possumus: nec surreptiones agnoscere. Unde subaudiēdum est: Delicta omnia quis intelligit? Nam cuꝫ dicturus sit in quinquagesimo psalmo: Delictum meuꝫ contra me est semper: Et alibi: Delictum meum cognitum tibi feci: quo modo non potest intelligi q̃ peccans cogitur confiteri? Sed si adieceris omnia: tunc hec questio probaꝫ exclusa. ¶ Et ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati: tunc īmaculatus ero: ⁊ emūdabor a delicto maximo. ¶ Positum est superiore versu occultum: q̃d originale diximus: nunc dicendum est quid sit alienum. Alienum est: quod malis hominibus: siue diabolo suadēte cōmittitur: sed fit proprium: q̃ consensus plectibilis adhibet̃. Ex illa enim traduce mortalium massa corrupta ab hoste spirituali: sine diuina gratia velociter subuertitur: q̃ in primo homine per inobediētiam vitiata mōstratur. Nam q̃ facile est antiquo iſidiatori infectis veritatē suadere: qui potuit liberos atq̃ incorruptos sua caliditate decipere? Quapropter ab originali peccato (vnde vsq̃ ad seculi finem viuens nullus excipitur) Propheta mundari se petit: quasi adhuc carnalibus vitys non oino purgatus. Sed cum dicit: Seruo tuo: iam se ostendit legi dominice iure famulari.

SCHE
Al. Etenim
Al. custodiē
dis illis.

6. Corint. 2.

Dominantur autem errores: cum in eis fallaci voluntate ꝓsumitur: tunc vo imperium perdunt: quādo ab ipsis homines per dei gratiaꝫ subtrahunt̃. Iure ergo Propheta īmaculatuꝫ se confidit fieri: cum euꝫ iam ꝓtigerit ab eoꝫ dominatione liberari. Maximū vo delictuꝫ est superbia: qua ⁊ diabolus cecidit: ⁊ hoīem traxit. Quātum eni in malo magna sit hinc datur itelligi: que ex angelo diabolū fecit: que homini mortem intulit ⁊ concessa beatitudine vacuauit: omniū maloꝫ mater: scelerum fons: vena nequitie. Scriptum est enim: Initium peccati omnis superbia: quam tamen dominus veniens sua humilitate deiecit. ¶ Et erunt vt complaceāt eloquia oris mei: ⁊ meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus ⁊ redemptor meus. ¶ Dicit quando eloquia oris eius dño placere prevaleant: videlicet: si a vitys que superius dixit reddatur alienus: ꝓpter illud quod dicitur peccatori: Quare tu enarras iustitias meas. Que est autem meditatio cordis: quae potest ad dominum peruenire? Spes: charitas: ⁊ fides: que vtiq̃ digna sunt deo. Illa enim merentur in cōspectu eius ascendere: que ipse cognoscit̃ approbare. Adiutorem vo suum dicit in bonis: redēptore a malis: vt nemo suis meritis applicet: quod celesti largitate susceperit. Conclusio.

Eccl. 10.

Ps. 49.

DEF

Quā mirabili ordine: totum psalmū gloriosissimus Propheta cātauit. Laudauit dñi p̃dicatores. Ipse quoq̃ aduētū sacratissime icarnationis edocuit. Magnalia eius varia definitionū qualitate cōmēdās: Reuersusq̃ in memoriā fragilitatis sue a delictis se petyt debē mundari: vt tantoꝫ sacramētoꝫ relator dignus existeret: qui docuit scripturas dñi a purissima ꝓscientia debeat narrari. Numerus quoq̃ p̃sens: virtutē psalmi declarare sentit̃. Nam sicut in euangelio: octauodecimo anno curuata mulier iubente Christo a sua infirmitate saluata est: ita se in hoc psalmo petyt peccatis proprys Propheta liberari: per hunc calculuꝫ significans tempus aptissimum: in quo ⁊ iste dñi salutifera beneficia mereretur.

Explicit expositio in psalmuꝫ .18m.

¶ In finem psalmus Dauid. XIX.

Exaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomen dei Iacob. Mittat tibi auxiliū de sancto: ⁊ de syon tueatur te. Memor sit oīs sacrificij tui: ⁊ holocaustum tuū pingue fiat. Tribuat tibi ꝑm cor tuuꝫ: ⁊ omne consiliuꝫ tuuꝫ confirmet. Letabimur in salutari tuo: ⁊ in nomie dei nostri magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas: nūc cognoui: qm̃ saluuꝫ fecit dominus christū suum. Exaudiet illum de celo sancto suo: in potentatibus salus dextere eius. Hi in curribus ⁊ hi in equis: nos aūt in nomine dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt ⁊ ceciderūt: nos aūt surreximus ⁊ erecti sumus. Domine saluum fac regem: ⁊ exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

Iam

Iam q̃ tituli vba nota sunt: de textu psalmi aliq̃d disseram⁹: vt gratius possit accipi: quādo breuiter eius intētio, pbat̃ agnosci. Futurorum igit̃ illuminatione ꝓpheta cōpletus: per optatiū mēdū euenire prospera sancte depcat̃ ecclesie: que illi per aduentū dñi certissime nouerat eē vētura. Et nimia charitate cōpletus: illi optat ꝓspera: cui⁹ se mēbra esse noscebat. Talia siquidez desideria beati semper appetunt: vt bona sua ibi posita iudicent: vbi benemeritorum vota congaudent. Diuisio.

Primo ingressu ꝓpheta deprecat̃ sancte ecclesie bona succedere: vt diuersa mundi tribulatione fatigata: christum dñm exaudita suscipiat. Secundo deprecat̃: vt omne ꝓsiliū ei⁹ rectāq̃ fidē dñs oipotentie sue pietate confirmet: promittens fidelem populum non magnificandum potestate mūdana: sed diuina potentia. Expositio.

SCHE

Exaudiat te dñs in die tribulationis: protegat te nomen dei iacob. ¶ Per figuraꝫ Prolepsin: que latine dicit̃ p̃occupatio: ꝓpheta studio magne charitatis accensus: optat ecclesie catholice puenire: que logo post tēpore fieri posse cernebat. Audiri cognoscimur: quādo oīmodis aliquid obtinemus. Dicēdo vo: in die tribulationis: tēpus grauissime afflictiōis ostēdit: quo magno desiderio dñm depcamur. Non enim extremis labys: sed mūdo corde tūc petimus que nobis tribui postulamus. Perscrutādū est quoq̃: quare patriarche Iacob nomen videt̃ annexuꝫ? Dic eni maiori fratri Surripiens: toti⁹ benedictionis gr̃am cōquisiuit: vt ⁊ ipse illi cū reliquo populo subderet̃. Que similitudo benedictionis: christiano populo ꝓgruēter aptat̃: qui gentē subsequēs iudeorum eam deuote mētis religione superauit: vt gratie munere p̃mus donāte dño redderet̃. Nā cū dicit: Protegat te nomen dei iacob: huiusmodi similitudinē a dño vult intelligi: ⁊ nouo populo ꝓcedendā: quā ille in p̃figuratione sanct⁹ patriarcha p̃cepit. ¶ Mittat tibi auxiliū de sancto: ⁊ de syon tueat̃ te. ¶ Optando mittat: ostēdit a patre filiū missum. Sed hoc vbum charitatis est: nō subiectionis: sicut ⁊ ipse in euangelio de spiritu sancto dicit: Expedit vobis vt ego vadam. Si eni ego nō abiero: paraclitus nō veniet ad vos: si aūt abiero: mittā eū ad vos. Syon eniꝫ sicut sepe diximus: mons est significās speculationē: que ꝓuenit diuinitati: q̃m̃ illi oia nō vt nobis ex euentu nota sunt: sed ex glorioso sue dispositionis arcano. ¶ Memor sit omnis sacrificij tui: ⁊ holocaustuꝫ tuū pingue fiat. ¶ Sacrificium sancte ecclesie: nō hostia pecudū: sed iste ritus accipiēdus est qui nūc agit̃ corporis ⁊ sanguinis īmolatione sollenni: quē vēturum p̃uidebat: nō q̃ē p̃termittēdū esse cognouerat. Sequit̃: Et holocaustū tuū pingue fiat. Holocausti nomine in illa prioris sacrificij similitudine pseuerat. Holocaustū eni totū dicebat̃ incensum: que nūc referenda sunt ad cōmunionis nostre sanctissimā puritatē. Holocaustū eni per se combustū ⁊ aridū est: sed pingue fit atq̃ iocundū: quādo a gr̃a diuinitatis assumit̃. ¶ Tribuat tibi †dñs ꝑm cor tuū: ⁊ omne cōsilium tuū cōfirmet. ¶ Post diapsalma postrū: venit ad ingressum z^m: adhuc oprans ecclesie bona: quaꝫ sciebat cōstanter in orthodoxa religione mansuraꝫ. Dicit eni: Tribuat tibi dñs ꝑm cor tuū: id est ꝑm intellectum q̃ē habes de domino Saluatore: vt eum credas vnū ex trinitate: passuꝫ carne: ⁊ pro mundi liberatione in crucis patibulo pendisse: ipm̃ resurrexisse: ipsum sedere ad dexterā patris: ipm̃ ad iudicandum esse venturū. Addidit quoq̃: Et omne consiliū tuū ꝓfirmet: scilicet vt mundi istius illecebras ꝓtemplata dñi pmissione despicias: ⁊ pericula p̃sentis seculi nō pauescas: dū future resurrectiōis p̃mia leta semp expectas. Hoc est eni ꝓsiliū sancte matris ecclesie: patrē ⁊ filiū ⁊ spiritū sanctuꝫ vnum credere deū: a quo creata sūt oia: ⁊ disponunt̃ vniuersa. Dec bene ꝓfirmari ꝓpheta deprecat̃ in populo fideli: per que nouit eū ad eterna p̃mia esse vēturū. ¶ Letabimur in salutari tuo: ⁊ in noie dei nostri magnificabimur. Impleat dñs oēs petitiones tuas. ¶ Cū vir sanctissimus spiritualia bona optaret ecclesie: vt se vnū ex ei⁹ corpore esse mōstraret: suā quoq̃ p̃sonā decēter admiscuit. Nam in salutari ecclesie: q̃d est dñs Christus: letatuꝫ se esse declarauit: ⁊ in ipsius nomine se magnificādū esse testat̃: q̃ ex Christo Christiani fuerāt nūcupādi. Magnificari est eni magnū fieri: quippe cū ex vocabulo celestis regis nomē est impositū seruienti. Sequit̃: Impleat dñs oēs petitiones tuas. Fit iterū ad ecclesiā grata ꝓuersio: vt ex tā frequēti voto ꝓbaret̃ nimie beniuolentie magnitudo. ¶ Nūc cognoui q̃m̃ saluuꝫ fecit dñs Christum suū. ¶ Hec iā vsq̃ ad finē psalmi ex persona loquit̃ sua. Que figura dicit̃ Apostrophe: id est: ꝓuersio: quotiens ad diuersas p̃sonas crebro vba ꝓuertimus. Dicendo: nūc cognoui: magnā vtutē ꝓphetationis ostēdit: vt in p̃senti se diceret cognouisse: q̃d post multa secula potuit approbari. Saluū fecit pater Christuꝫ filiū resurrectione gloriosa: q̃m̃ etiā ascēdit in celis. ¶ Exaudiet illū de celo sancto suo: in potētatib⁹ salus dextere ei⁹. ¶ Exaudiuit filiū pater ab icarnatiōe suscepta: post resurrectionē videlicet: q̃ādo spiritum sanctū de celo misit Aplis: q̃ē in terris mittendum pmiserat. Et vt ipm̃ quoq̃ in deitate sua oipotentē eē mōstraret: sequit̃. In potētatib⁹ salus dextere ei⁹. Salus igit̃ q̃ā ipse ꝓdidit: potētatus noster esse dinoscit̃: q̃ādo illa salus: nec morbis afficit̃: nec dolorib⁹ sauciat̃: sed potētes nos effecit cū in sua perennitate custodit. Sensus ergo talis est. Exaudiet filiuꝫ pater de celo sancto suo: q̃ in dextera ei⁹ est salus: habens ex proprīa deitate: q̃d petere videtur ex carne. ¶ Hi in curribus ⁊ hi in equis: nos aūt in noie dñi Dei nr̃i īmagnificabimur. ¶ Fidei sue sinceritate ꝓfidēs: que munerib⁹ erat dñi ꝓtributa: ꝓpheta letat̃: despiciēs illos qui pomposis curribus effecti: in tēporali poti⁹ dignitate p̃sumūt. Duo eni apud antiquos erant genera triūphoꝝ. Unuꝫ maius in curribus: q̃d laureatū dicebat̃. Aliud minus in equis: q̃d optio nūcupabat̃. Sed ista secularib⁹ relinquēs: in noie dñi se magnificatū esse ꝓfirmat. Nō eni curr⁹ aut equ⁹ magnificāt: q̃uis in hoc mūdo extollere videant̃ honorib⁹ sed nomen dñi q̃d ad p̃mia eterna pducit. Que figura grece dicit̃ Synchrisis: latine cōparatio: dū cōparatiōe quadā iustiorē causaꝫ nostrā: q̃ aduersary demonstramus. ¶ Ipsi obligati sunt ⁊ ceciderūt: nos autē surreximus ⁊ erecti sumus. ¶ Potēter aperuit fructū p̃cedentiū rerū. Nā humanis honorib⁹ p̃sumentes: laqueati prauis desiderys suis in mortis foueā corruerūt. Et q̃ dicturus erat: ceciderūt: p̃m̃ isti obligati: q̃d necesse est illis cōtingere qui se vident̃ neruosis erroribus obligare. Resurgere enim duobus

Al. nō habet

Al. Inuocabimus.

SCHE

SCHE

modis dicit̃ ꝛ̃istian⁹:quãdo a vitio⁹ꝛ mortẽ in hoc
mũdo per grãm liberat⁹ in diuinis iustificationib⁹
pseuerat:sicut sapiẽtissim⁹ Salomon dicit:Septies
cadit iustus ꝛ resurgit. Dicit̃ ꝛ generalis illa resurre
ctio:in qua iusti eterna p̃mia consequent̃. Sed hic
vtranq; ꝓuenire manifestũ est:vbi iõ posuit:erecti
sumus:q; in qualibet resurrectione fideles ab humi
litate ꝓsurgunt:ꝛ ad diuina p̃mia subleuant̃. Qõ ar-
TOP gumentũ in topicis dicit̃ a rebus ipsis:q̃n ꝛ aduersa
rios corruisse dicimus:ꝛ nos erectos esse testamur.
[Dñe saluũ fac regẽ:ꝛ exaudi nos in die qua inuoca
uerimus te.] Futuro⁹ꝛ desiderio ꝓpheta pellectus:
illa petit iterũ fieri que nouerat esse ventura. Dicit̃
patri:saluũ fac regem:id est:ꝛ̃istus dñs resurgat a
mortuis:ascendat in celos:interpellet pro nobis:ne
diutius nostra vacillet oratio:sed ipso aduocato pre
sumamus orare:qui nos patri docuit supplicare:ne
nos mortis laqueus possit astringere. Deniq; hoc se
quitur:Exaudi nos in die qua inuocauerimus te:qõ
tunc humano generi prouenit:quãdo resurrectione
dñi firme credidit:letãter aspexit. Conclusio.

Docuit nos propheta sanctissim⁹:quali pietate
debeamus ꝛ̃istio dño seruire:optat il-
li bona que nouerat esse vẽtura:q; bene credentiũ
mos est illa orare:que desideramus emergere. Sic
Matth. 6. ꝛ in dñica orone p̃monemur. Adueniat regnuꝫ tuũ:
qõ etiã si nõ orem⁹ adueniet. Sed deuotuꝫ nõ vult
desinere:que vẽtura credit optare. Quapropter affli
gamur in eius passiõe:gaudeamus in ei⁹ resurrectio-
ne. Sic enĩ ipsius possumus dici si ei⁹ dispẽsationib⁹
mereamur aptari. Presentis aũt numeri sacramẽta
sub vna sũma nequaq̃ potuimus inuenire:sed for-
te nobis poterunt diuisa ꝓstare. Duodenarius itaq;
calculus:ad Aplos est videlicet applicãdus. Septẽ-
narius vo:significat hebdomadã:que ad p̃mã illã
pertinet sine dubitatione culturã. Hec in vnũ socia-
ta:vtriusq; legis sacramenta ꝓcludunt. Sic ꝛ istius
psalmi ad patres dicta precatio noui ꝛ veteris testa
menti continet reuerenda mysteria.

Explicit expositio in psalmum. ix^{m}.

¶ In finem psalmus Dauid. XX.

Domine in virtute tua letabit̃
rex: ꝛ super salutare tuuꝫ exul
tabit vehementer. Desideriuꝫ
cordis eius tribuisti ei: ꝛ volũ
tate labiorum eius non frauda
sti eum. Quoniam preuenisti
eum in benedictionibus dulcedinis: posui-
sti in capite eius coronam de lapide precio-
so. Uitam petijt a te ꝛ tribuisti ei: longitudi
nem dierum in seculum ꝛ in seculum secu-
li. Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: glo-
riam ꝛ magnum decorem impones super
eum. Quoniam dabis eũ in benedictionez
in seculum seculi: letificabis eum in gaudio
cum vultu tuo. Quoniam rex sperat in do-
mino: ꝛ in misericordia altissimi nõ cõmoue
bitur. Inueniatur manus tua omnibus ini
micis tuis: dextera tua inueniat omnes qui
te oderunt. Pones eos vt clibanuꝫ ignis in
tempore vultus tui: dominus in ira sua con
turbabit eos: ꝛ deuorabit eos ignis. Fru-
ctum eorum de terra perdes: ꝛ semen eorũ
a filijs hominuꝫ. Quoniam declinauerunt
in te mala: cogitauerunt consilia que nõ po
tuerunt stabilire. Quoniã pones eos deor-
suꝫ: in reliquijs tuis preparabis vultũ eo⁹.
Exaltare domine in virtute tua: cantabim⁹
ꝛ psallemus virtutes tuas.

Deo titulus hic. ix⁹ psalmo par est:q̃n ꝛ
iste quidem de dño Saluatore: sed sub
aliqua diuersitate dictur⁹ est. Superior
nãq; ꝓtinet orationẽ ꝓphete: ꝛ ꝓfiden-
tiã qua liberãdus est a cladib⁹ hui⁹ secu
li populus ꝛ̃istianus. Nũc gdẽ panegyricus de in-
carnatione ipsi⁹ dicit̃: ꝛ postea deitatis ei⁹ facta nar-
rant̃: vt oẽs itelligãt eũdẽ esse Marie semper virgi
nis filiũ: qõ patris vbũ. Duas enĩ naturas in ꝛ̃isto
dño salutariter credim⁹: deitatis ꝛ humanitatis: que
in vnã ꝓsonã: per ifinita secula incõmutabiliter per-
seuerãt. Qõ ideo frequẽter repetẽdũ est: q; vitaliter
ꝛ auditur semper ꝛ creditur. Diuisio.

In p̃ma narratione psalmi hui⁹ vba pro-
ꝓphete sunt ad deũ patrẽ de incarnatione
dñica. Scõa: diuersas virtutes ei⁹ gloriã
q; describit: declarãs a parte qua passus
est: ad quã sũmã rerum apicẽq; ipso lar
giẽte pueniret. Tertia: idẽ ꝓpheta ꝓuertit̃ ad dñm
ꝛ̃istum: vbi more desiderãtiũ optat illa in iudicio
ei⁹ fieri: que nouit esse ventura. Expositio.

Domine in virtute tua letabit̃ rex: ꝛ sup
salutare tuum exultabit vehementer.]
Domine: ꝓpheta ad patrẽ dicit: in virtu
te tua: id est: in oipotẽtia maiestatis tue:
in qua ꝛ filij⁹ regnat: sicut ipse dicit: Oia Joan. 17.
patris mea sunt: ꝛ oia mea patris sunt. Letabit̃ rex:
gaudet Jesus ꝛ̃istus. De quo in alio psalmo legit̃:
De⁹ iudiciũ tuũ da regi: ꝛ iustitiã tuã filio regis. Et Ps. 71.
in titulo passiõis scriptũ est: Rex iudeo⁹. Sequit̃: Matth. 27.
Et sup salutare tuũ exultabit vehemẽter: id est: in eo
qõ per eũ saluasti hoies: filij⁹ tu⁹ qui saluator est exul
tabit. Addidit quoq; vehemẽter: vt quãta est copia
in beneficio: tanta sit ꝛ gaudij magnitudo. [Deside-
riũ ꝛ anime eius tribuisti ei: ꝛ voluntate labio⁹ꝛ eius Alt. cordis
non fraudasti eum.] Enumerat ꝓpheta ꝛ̃isto dño
p̃m carnẽ: q̃ ingẽtia: q̃ gloriosa collata sint. Deside-
riũ ei⁹ anime fuit: sicut in euangelio dicit: Desiderio Luce. 22.
desiderauĩ mãducare vobiscũ hoc pascha. Qõ sche-
ma dicit̃ Tãtologia: id est: eiusdẽ sermonis iteratio: SCHE
sicut est: Benedicẽs benedicam te: ꝛ Multiplicans
multiplicabo semẽ tuuꝫ. Sed ille solus est: qui desi-
derio desiderauit mori: quãdo se pro omniuꝫ salute
offerebat occidi: vt p̃ciosus sanguis ei⁹ mundũ redi-
meret: ne diabolus eũ adhuc iniqua p̃sumptiõe va-
staret. Uolũtas vo labio⁹ꝛ fuit: quando spiritib⁹ im-
perabat immũdis: languores diuersos sermonis sui
sanabat imperio: predicationes quoq; suas: deuotis
mentib⁹ inserebat. Constat enĩ in nullo volũtatẽ ei⁹
fuisse fraudatã: q̃n oia que fieri iussit ipleta sũt sicut
scriptuꝫ est: Omnia que voluit dñs fecit in celo ꝛ in Ps. 134.
terra.] Q̃n p̃uenisti eũ in benedictiõib⁹ dulcedinis:
posuisti in capite eius: coronam de lapide precioso.]

post diapsalmatis silentiuꝫ: venit ad sceũdũ moduꝫ
vbi incarnationis eius potentiã: mirabili fulgore de
scribit. Dicendo enim: q̃n p̃uenisti: significat huma
nitatem anticipante diuinitatis gratia semp orari:
q; nullus illi quicq̃ p̃m⁹ offert qõ bonũ est: nisi hoc
celesti munere ꝓcedat̃. Erubescat pelagian⁹ hoc pro
priũ hoĩs dicere: qõ immaculata vbi icarnatio euiden
ter legit̃ accepisse. Benedictio dulcedinis fuit: q̃n di
Matth. 3. ctũ est: Hic est filius meus dilect⁹: in quo mihi bene
SCHE complacui. Posuisti metaphorice dicitur: ab his qui
post laborez maximos p̃mio digno coronant̃. Qõ to
tũ pertinet ad naturã humanitatis: que a diuinitate
qõ nõ habebat accepit. In capite vo idẽ dictũ debe-
mus aduertere: quãtũ ad substantiã attinet corpora
lem. Leterũ deitas nõ bẽt mẽbra: que vbiq; tota at-
q; pfecta est. Corona enim: nõ ip̃robe circũeuntiũ di
scipulo⁹ꝛ videt̃ significare ꝓuentũ: q; ip̃m docentez
desiderãtiũ aplo⁹ꝛ circuitus ambiebat. Hec erat co-
rona capitis: hoc regale diadema: qõ nõ ornaret ipo
sitũ: sed de ꝛ̃isto dño potius ornaret̃. In hac enim
corona ꝛ totius mũdi circulũ merito poterimus ad-
uertere. In quo gnãlis significat̃ ecclia. Qõ schema
SCHE dicitur Characterismos: id est: informatio vel descri
ptio: que siue rem absentẽ: siue p̃sentẽ ꝓsonã spiritua
lib⁹ oculis subministrat. Hoc ꝛ in laude ꝛ in vitupe
Alt. a te ratiõe fieri solet. [Uitã petyt † ꝛ tribuisti ei: longitu
Alt. ꝛ in secu lum. dine dierũ † in seculũ seculi.] Uitã: resurrectionẽ si-
Joan. 17. gnificat: quã ille petiuit dicendo: Pater clarifica fi-
liũ tuũ. Lõgitudinẽ dierũ in seculũ seculi: id est: in-
defectã perẽnitatẽ: que nullo fine ꝓcludit̃. Sed me-
mento q; ꝛ hec ꝛ bis similia: ab illa dicant̃ parte qua
passus est. [Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: glo-
riam ꝛ magnũ decorẽ ipones sup eũ.] In capite ver-
sus sniam posuit: quã subter exponit. Sancte siquí-
dem icarnationi magna est gloria in salutari: id est:
in vbo p̃ris. Sed istã gloriam nõ poterat humanus
sensus attingere: nisi eã in subsequẽtib⁹ mirabili ex-
SCHE positiõe declararet. Hoc schema dicit̃ Ephexegesis
latine explanatio. Nã gloria ꝛ magnuꝫ decus: tẽpus
videt̃ significare iudicij: vbi in deitate sua altissim⁹
apparebit: habẽs gloriã de iudicio: decorez de maie-
state. [Q̃n dabis eũ in benedictiõe in seculũ seculi:
letificabis eũ in gaudio cũ vultu tuo.] Gradatim de
scendit ad illã gloriã declarandaꝫ: quã ꝛ̃istus dñs
p̃m carnẽ a p̃re clarificat⁹ accepit. Dicit eũ dandum
esse in benedictionez que nullo possit fine concludi.
Uerũ hec vba pia examinatiõe pensanda sunt: vt tã
te rei nobis elucere possit arcanũ. Multis locis iam
diximus suscipiendũ esse pro pte membrorũ: qõ ipsi
dño saluatori nõ põt ꝓuenire: sicut ꝛ patres nostri si
milia loca exposuisse declarant̃. Quapropter letifi-
cabis eũ in gaudio cũ vultu tuo: suscipiendum est de
Ps. 139. vnoquoq; fideliũ: de gbus ꝛ alter psalmus dicturus
est: Et habitabũt recti cũ vultu tuo. Letificari enim
de vultu dñi: alteri⁹ cognoscit̃ esse p̃sone: qõ de ꝛ̃isto
itelligi catholica non p̃mittit ecclesia. Que sic vnita
vbo cognoscit̃: vt vna sine dubio intelligat̃ esse per-
sona. [Q̃n rex sperauit in dño: ꝛ in misericordia al-
tissimi nõ cõmouebit̃.] Dicit cãm quare tñ munus
accepert: q; rex iste qui in passiõe sua tribus lingnis
legebat̃ ascript⁹: p̃m hoiem sperauit in dño: vt agno-
scam⁹ ntũ supplicẽter postulãdo: ad ei⁹ nõ posse nos
misericordiã puenire. Segtur etiaꝫ eternitatis hui⁹
causa ꝓbabilis: q; nescit a p̃ris misericordia submo-
ueri: qui spare in ei⁹ gloria p̃seuerat: sicut Salomon
dicit: Quis sperauit in dño: ꝛ confusus est? Et in alio Eccl. 2.
psalmo dicit: Protector est oium sperãtiũ in se. Po- Ps. 17.
sito igit̃ in p̃mo psalmo cathegorico syllogismo: ꝛ in
septimo hypothetico: restat nunc vt enthymema de
monstrare debeamus. Enthymema: qõ latine inter- DEF
pretat̃ mẽtis ꝓceptio: syllogismus est: ꝓstans ex vna
ꝓpositiõe ꝛ ꝓclusiõe: quẽ dialectici dicũt rhetoricũ
syllogismũ: q; eo frequenter vtunt̃ oratores pro cõ-
pendio suo. Iste taliter explicat̃: Qis sperãs in dño: SYL
exultabit ꝛ letabit̃ in misericordia ei⁹. Ego igit̃ exul
tabo ꝛ letabor in misericordia ei⁹. Ista est tertia spe
cies syllogismo⁹ꝛ: per q̃s dialectici subtilissimis dis-
putatiõib⁹ que ꝓbare nitunt̃ ostẽdũt. Nec moueat
qõ in istis ptib⁹ nõ sũt eadẽ vba: que dialectici ad in
struẽdos rudes longo post tẽpore formauerũt. In p̃-
dicatiõib⁹ enĩ sacris: argumentũ gdẽ ip̃m ponit̃: sed
sub libertate vbo⁹ꝛ. Modo reliqua videamus. [In-
ueniat̃ manus tua oib⁹ inimicis tuis: dextera tua in-
ueniat oẽs qui te oderũt.] Uenit ad tertiaꝫ diuisio-
nẽ: in qua optat dñm ꝛ̃istũ facere: qõ eum nouerat
esse gesturuꝫ. Dicit enĩ: Inueniat̃ manus tua: id est:
operatio tua reperiat̃. Afflictos ꝓuertas inimicos:
qui a tuis regulis mũdi delectatiõe dissentiunt. De
Ro. 5. gbus ait Aplus: Q̃m si cũ adhuc inimici essemus: re
cõciliati sum⁹ deo per mortẽ filij ei⁹: mlto magis re
cõciliati salui erim⁹. Sed isti tãdiu dicunt̃ inimici:
donec diaboli suasionib⁹ iducunt̃. Leterũ q̃n ad ꝛ̃i
stũ dñm redeũt: ꝛ serui ꝛ filij vocant̃ ꝛ amici. Sequi
tur: Dextera tua inueniat oẽs qui te oderunt. Hic il
lud iudicij rẽpus aduertit̃: q̃n dextera p̃ris: id est: do
minus saluator iudicaturus est mũdũ: ꝛ qui eũ ode-
runt pene ꝓpetuitate damnãdi sunt. [Pones eos vt
clibanũ ignis: in tẽpore vultus tui.] Clibanus est co DEF
quẽdis panib⁹ enei vasculi deducta rotunditas: que
sub vrentib⁹ flammis ardet irrinsec⁹. In qua simili-
tudine merito peccatores ponũtur: qui in futuro iu-
dicio: ꝛ merore animi ꝛ penali excruciatiõe torquẽ-
di sunt: q; ꝓtra regulas dñi obstinata mẽte vixerũt.
Tempus vo vultus dñi: dies iudicij: quãdo filij⁹ ho-
minis videbit̃ ab oibus: sed soli eũ iusti etiã diuini-
tatis sue cõtemplatione respiciẽt. Memento aũt q;
superi⁹ in laude dñi ꝛ̃isti: Characterismon schema SCHE
posuerit: per qõ bonorẽ eius ꝛ gloriã diuersa q̃litate
gratiarũ descripsit. Nũc per eandẽ figurã inimicos
ipsius dicit varijs supplicijs affligẽdos: vt quãtũ il-
le mirabilis: tãtũ isti redderẽtur horribiles. [Dñs i
ira sua cõturbabit eos: ꝛ deuorabit eos ignis.] Ordo
iudicij pulcherrima narratiõe describit̃. Illos enĩ
peccatores: qui se pro actuũ suorum malignitate di-
scrutiãt: ira dñi dicit esse turbãdos: quando audiẽt:
Ite in ignẽ eternũ. Et istã sniaꝫ cõsequent̃: vt perpe Matth. 25.
tua flãma deuorent̃. Nam iussiones dñi nulla mora
subsequit̃: sed mox vt discernit ipletũ est. Iste tamẽ
ignis sic absumit vt seruet: sic seruat vt cruciet: da-
biturq; miseris vita mortalis ꝛ pena p̃ituatrix. [Fru-
ctũ eo⁹ꝛ de terra perdes: ꝛ semẽ eo⁹ꝛ a filijs hoĩuꝫ.]
Fructus eo⁹ꝛ fuerat in terra viuentiũ: si filio dei cre
didissent. Sed q; mãdatis eius cõtumaci spiritu re
stiterunt: merito fructum illum beatitudinis perdi
derũt. Semẽ eo⁹ꝛ: id est: vota vel facta peccãtiũ. Be
ne aũt dicunt̃ semina: vnde nasciẽ vnicuiq; retribu-
tio digna gesto⁹ꝛ. A filijs hoĩum: efficies alienos: id
est: a sanctis: quos in hereditatem eternã tue miseri
cordie largitate missurus es. [Quoniã declinauerũt
in te mala: cogitauerũt ꝓsilia: que nõ potuerũt sta-

bilire.] Declinare dicim⁹ mala supra alios pēdētia: in alio loco iniqtatis causas ledere. Qō in passione dñi constat effectum. Nam cum putarent iudei imperium Romanū sibi fore pernitiosum: si regē saluatorem dominū suscepissent: in ipsuz ausi sunt mala declinare: que sibi credebant Romanis vlciscentibus euenire. Cogitauerunt eni consilium dicendo:
Joan.ij. Expedit vnū pro oibus mori: qō nō potuerūt stabilire: id est: ad votū suū perducere. Nā nescientes vera dixerunt: oportuit vnū pro omnib⁹ mori. Ueruz quidez dictū: sed malo voto prolatū est: ꝛ ideo de tali facto subituri sunt penam: qz nō habuerunt sincerā cōscientiaz. Qō
SCHE ſchema dicitur Ambibologia: id est: dictio ambigua: dubiam faciens pendere sententiam. Consilium est eni aliquid: aut faciendi: aut
DEF non faciendi ratio deliberata. [Quoniaz pones eos
Al. dorsum deorsum: in reliquys tuis ꝓparabis vultū eoz.] Positi sunt deorsum iudei: quando vitio suo terrena sapientes non meruerunt celestia contueri: sed vultus eoz: id est: mala intentio ipsorum: ad reliquias dñi: hoc est: ad passionem aptata est: vt cuz illi se inferre crederent dispendiū mortis: salus fieret absolute generalis. [Exaltare dñe in virtute tua: cantabimus et psallemus virtutes tuas.] Exaltare dicit: id est: resurrectione magnificare. Tunc enim ab humilitate suscepta exaltatus cognoscit: quādo in gloria sua resurrexisse probatus est. In virtute tua: id est: in deitate
Joan.10. verbi: per quā dixisti: Potestatē habeo ponendi animam meā: ꝛ potestatē habeo iterum sumendi eam.
DEF Cantare vō est verba dñi ore pferre. Psallere autez mandata diuina bonis operationibus constāter implere. Hec enim duo sunt: que a nobis omnimodis expetūtur: vt laudes domini fideliter ore cantemus ꝛ opere nostro ipsi⁹ mādata faciamus. Conclusio.

Ostensa nobis est imago celestis regis: mirabili descriptione veritatis: vt quez iudei
DOG nō meruerunt presentem cognoscere auditu auris: mundus eū crederet aduenisse. Meminerimus aūt qō ps iste tertius est ex his quos de duabus naturis euidentius locutos esse collegimus. Hanc tamen regulam noueris in omnibus cūstodita: vt in eis psalmis: ꝛ due nature ꝛ vna persona esse declaret: quatenus salutari breuissimoqz compendio: ꝛ illi destruātur qui duos filios esse mentiūt: ꝛ illi qui vnaz naturam in christo dño callida peruersitate cōfingūt. Dicite qui vos putatis sapiētissimos viros: quid est
1. Corin.15. illud qō ad Corinthios scribens ait Aplus: Tunc et ipse filius subiectus erit ei: qui sibi subiecit omnia: vt sit deus omnia in omnibus. Nam si ex deitate et humanitate vna natura facta esset vt creditis: qualis rogo substantia in eternū patri pōt esse subiecta? Restat vt nos arrianus error absorbebat. Necesse est enim confiteri vos: qz verbum patri pōt esse subiectum. Quāuis aliqui patres: christi membris hoc aptandum esse putauerint. Quocirca paruz tibi fortasse visuz est: qō Eutices errore tenebaris obnoxi⁹: nisi te ꝛ arriana calamitas iuncto fasce deprimeret: Auctores suos errores singuli damnauerunt: de te aūt quid faciāt: quē duplex culpa cōdemnat: Mox vt ad ꝓflictū veneris: statim Nestorianuz vocas orthodoxum. Habemus cōtra te iudicia tua: hoc alys pro crimine dicis: qō tu tibi persuasisse cognosceris.
RHE Extat hic denary numeri duplicata societas: vt sicut hec parilitas vnaz summā designat: ita psalmus iste vtriusqz legis vnum dñm ꝓclamet auctorē. Est eni in istis decadibus virtus eximia: ꝛ quotiens se geminant: totiens ingentium reruz sacramēta declarant.

Explicit expositio in psalmū .20.

¶ In finem pro suscepcione matutina psalmus Dauid. XXI.

Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti: longe a salute mea ꝟba delictoꝛ meoꝛuz. Deus meus clamabo per diem ꝛ nō exaudies: ꝛ nocte ꝛ nō ad insipientiā mihi. Tua aūt in sancto habitas: laus israel. In te speraueruūt pres nri: sperauerūt ꝛ liberasti eos. Ad te clamauerūt ꝛ salui facti sūt: in te speraueruūt ꝛ nō sunt ꝓfusi. Ego aūt sum vermis ꝛ nō homo: opprobrium hominū ꝛ abiectio plebis. Omnes videntes me deriserūt me: locuti sunt labijs ꝛ mouerunt caput. Sperauit in domino eripiat eum: saluum faciat eum quoniam vult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de vētre: spes mea ab vberibus matris mee: in te proiectus suz ex vtero. De vētre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me. Quoniā tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuuet. Circundederūt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suū: sicut leo rapiēs ꝛ rugiens. Sicut aqua effusus sum: ꝛ dispersa sunt oia ossa mea. Factum est cor meū tanq̄z cera liquescens: in medio ventris mei. Aruit tanq̄z testa virtus mea: ꝛ ligua mea adhesit faucib⁹ meis ꝛ in puluerem mortis deduxisti me. Quoniam circundederunt me canes multi: concilium malignantiuz obsedit me. Foderūt manus meas ꝛ pedes meos: dinumeraueruūt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraueruūt ꝛ inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea: ꝛ super vestem meam miserūt sortem. Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defensionem meā conspice. Erue a framea deus animā meā: ꝛ de manu canis vnicam meaz. Salua me ex ore leonis: ꝛ a cornibus vnicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Qui timetis dominum laudate euz: vniuersum semen iacob glorificate eum. Timeat eum omne semen israel: quoniam nō spreuit neqz despexit deprcationē pauperis. Nec auertit faciem suam a me: ꝛ cum clamarem ad euz exaudiuit me. Apud te laus

mea in ecclesia magna: vota mea reddaz in conspectu timentium eum. Edent pauperes ꝛ saturabuntur ꝛ laudabunt dominuz qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi. Reminiscentur ꝛ conuertentur ad dominum: vniuersi fines terre. Et adorabunt in conspectu eius: vniuerse familie gentium: Quoniam domini est regnuz: ꝛ ipse dominabitur gentium. Adducauerunt ꝛ adorauerūt omnes pingues terre: in cōspectu eius cadent omnes qui descendunt in terraz. Et anima mea illi viuet: ꝛ semen meum seruiet ipsi. Annuntiabitur domino generatio ventura: ꝛ annuntiabūt celi iustitiaz eius: populo qui nascetur quē fecit dominus.

Sue in finē: siue psalmus: siue Dauid qd significet: frequēter expositum est. Restat vt pro susceptione matutina: qō adhuc nouum esse cognoscit: explanare debeamus. Susceptio matutina: est tēporis resurrectiō is: sicut dicit in euāgelio: Una sabbatorum valde diluculo: venit Maria ad monumentum ꝛc.
Joan.20. Susceptio eni fuit: qñ dñs christus mortale corporis veteris hois cōditione deposita in magnā
Phil.2. gloriā clarificat⁹ assumpsit: Cui omne genu flectit: celestiū: terrestriū ꝛ infernoꝛ. Matutinū aūt dictū
ETY est: quasi mane ꝑmitiuū: qō tempus inumeris locis ad resurrectionē dñi cōstat aptatū. Sed cum in hoc psalmo multa de sua passione ꝓstet esse locuturū: videamus cur ei⁹ titulus: solā resurrectionē cōmemorare voluerit. Sepe eni significat per id qō sequit: illud scilicet qō precessit: vt cū dicimus mane factū: intelligamus noctē quoqz pcessisse. Similiter cum dicimus: manum missum: intelligamus seruū fuisse: et
SCHE bis similia. Que figura dicit Synecdoche: cū per id qō sequit possumus intelligere qō pcedit. Unde dubium nō est cōmemorationē factā resurrectiōis: indicare nihilominus ꝛ beatissimā passionē. Hinc aūt que sit virtus ꝛ claritas psalmi: absolute dat intelligi: qō eū matutine lucis nomine prenotauit: qm passionez dñi christi quā narrat: saluti generis humani ꝓstat esse concessam.

Diuisio.



Er totū quidē psalmuz loquit dñs christus: sed pmo capite derelictū se clamat a patre: vt dispensatā scilz susceperit passionem: potētissimā humilitatē suā: hoium abiectione cōmēdās. Scdo loco: passionem dñi sacrā diuersis cōparationib⁹ ꝓphetauit: deprecans vt a seuientib⁹ inimicis suis: diuina ꝓtectione libereт. Tertio: cōmonet dñm laudare christianos: qz in resurrectiōe sua catholicā respexit ecclziaz: vt audito tāto miraculo in saluberrima fidei cōstantia ꝑmanerent: ne passione tm̄ ꝓphetata: imbecillas hoium corda turbarēt. Quez psalmū paulo sollicitius audiam⁹. Est eni ingētiū rerū admiratione plenissimus: vt quid in hac vita ꝓtemnendū: ꝛ quid in alia esset sperandū: capitis ipsius cōmonitionib⁹ noscerem⁹. Nā cū multi psalmoꝛ breuiter de dñi passione meminerint: nemo tamē eam tanta proprietate descripsit: vt non tam prophetia q̄z hystoria esse videatur.

Expositio.

Eus deus meus respice in me: quare me dereliqsti: longe a salute mea: ꝟba delictoꝛ meoꝛ. Dñs christus omnia puidens atqz dispensans: cui futura cuncta presentia sunt: quasi iam vicina passione permotus exclamat: Deus deus meus. Hec tū ꝟba
DEF accipiēda sunt ab humanitatis ipsi⁹ natura. Naturā aūt dico esse virtutē vigorēqz substātie. Nā ꝛ repetitio ipsa: affectū necessarie ozonis ostendit: vt illū geminato nomine charissimus filius iuocaret: quē sibi nō mūdanā salutē: sed claritatem eterne maiestatis
INTER nouerat vtiqz pstaturū. Deus: sermo grecus est: qui latine interptat timor. Pro qua re (vt arbitror) maiores nostri: deū a timore appellādū esse voluerunt. Unū gdā ait gentiliū poetarū: Primos in orbe deos fecit timor. Nā cū dicit: Respice in me: celerrimuz sibi resurrectiōis ꝓuenire deprecat auxiliuz. Segt: Quare me dereliquisti: Istud q̄re: nōnullaz afferre cognoscit questionē: vt ille sapiētie magister substātialis ꝛ enarrator patris: ita sit vicina carnis sue morte turbatus: vt q̄si nescius iterroget pem: q̄re ab eo fuerit derelictus. Sed hec ꝛ his similia ad humanitatē respiciūt exprimendā. Leterū: nec in ipsa passione absens illi credēda est fuisse duinitas: cum dicat
1. Corin.2. Aplus: Si cognouissent: nunq̄z dñm glorie crucifixisset. Sed passus est ipassibilis per passibiles quā suscepit humanitatē: ꝛ imortalis mortu⁹ est: ꝛ qui nunq̄z mori⁹ resurrexit. De quo loco: pī Cyrillus: ita pulchre locut⁹ est. Hratia vō dei pro oib⁹ gustauit mortē: tradēs ei ppriū corp⁹: q̄uis nāliter ipse vita sit ꝛ resurrectio mortuoꝛ. Similiter ꝛ beatus Ambrosius. Idem patiebat ꝛ non patiebatur: moriebatur ꝛ non moriebatur: sepeliebatur ꝛ non sepeliebatur resurrexit ꝛ nō resurrexit. Sic ꝛ dominez dicimus bodieqz pati: mori: sepeliri: cū tū aīa eius nullo fine claudat. Quapropter derelictū se sub interrogatiōe testatur: qz reuera manib⁹ ipioꝛ tradi nō poterat: nisi maiestatis eius potētia talia fieri permisisset: sicut in euā
Joan.19. gelio dictū est: Nō haberes in me prātez: nisi tibi data fuisset desuper. Clamat etiā que patit humana susceptio: blasphemas voces ꝛ impias murmuratiōes abyciēs. Dicit eni: lōge a se fieri ꝟba que delicta paturiūt. Salus eni erat sancte anime: sermones delinquētiū nō habere: sed virtute patiētie libens sustineret: qō diuina dispēsatiōe pateret: sicut ipse in euangelio dicit: Pater si fieri pōt: trāseat a me calix iste.
Matth.26. Et subiunxit: Uerū tamē: nō sicut ego volo: sed sicut tu. Dicit etiā a mēbris suis: ꝟba delictoꝛ meoꝛ. Ille q̄ qui peccata non habuit: nra delicta sua dicit esse
Ps.68. peccata: sicut ꝛ in alio psalmo ipse dictur⁹ est: Deus tu scis isipiētiā meā: ꝛ delicta mea a te nō sūt abscōdita. Audiam⁹ q̄ vocē membroꝛ ex ore capitis: ꝛ intelligamus ex nra pſona merito fuisse locutū: qui se
2. Corin.5. hostiā obtulit pro salute cūctoꝛ. Unde aplus dicit: Eū qui nō nouerat peccatum: pro nobis peccatum fecit. Nā ꝛ in ipsa lege peccata appellabātur: que pro peccatis offerebant. [De⁹ me⁹ clamabo per die: nec exaudies: ꝛ nocte ꝛ nō ad isipientiā mihi.] Per die clamabat humanitas ꝟbi: quā nō circūdabant tenebre pctoꝛ: nec tū ꝓstat auditā: cui nulla ꝓpedire videbatur offēsio. Audiat hoc querulū genⁿ humanū qō petitiōes suas ōsiderat sine dilatiōe cōpleri. Petit sic dictū est hūanitas ꝟbi: que merebat audiri. Quā tū iō nō ꝓstat auditā: vt ei⁹ sacro sanguie ꝓbrosa mūdi-

crimina lauarent. Hoc etiã ⁊ alys doceť exemplis.
semp susceperūt me. ¶ Narratis sanctis opib⁹ ad pas
sionis sue gliam venit: vt tot⁹ vite atqz vinificatri-
cis mortis declararet integritas. Ubi merito ꝓrem
ꝓcat: ne lōge ab eo faciat miſicordias suas: qui erat
susceptī bois vitate mozitur⁹: sicut z alibi dicit: De⁹
Psā. 21. de⁹ me⁹ respice in me: q̄re me dereliqsti: Misericor
dia enī fuit: vt humanā naturaz ꝑuaricationis vitio
sauciatā sancta icarnatione saluaret. Ueritas: vt re-
surrectionis ꝑmisse bñficio sederet ad dexterā ꝑis:
inde vētur⁹ iudicare viuos z mortuos. Susceperūt
me: id est: glificādū receperūt. Illos enī in bonā ꝓtē
suscipere dicimur: quos nr̄e gr̄e ꝑfitemur acceptos.
¶ Qm̄ circūdederūt me mala quoꝝ nō est numerus:
comprehēderūt me iniqtates mee. ¶ Doc a mēbris
suis dicit: quoꝝ ipse caput est Chzist⁹: vt se pati ꝑfite
ret qō turba fideliuz sustinebat: sicut est illud: Sau
Act. 9. le saule: qd me ꝓsequeris: Sequit: Quoꝝ nō est nu-
mer⁹: scilz apud boies. Nā oia deo dinumerata sunt:
qui arenā maris z guttas pluuiarū: stellarūq̄z multi
tudinē cōplexabili q̄titate cogīscit. Addidit: Cōpre-
hēderūt me iniqtates mee. Eodē modo loquit: quo
superi⁹ dixit: Circūdederūt me mala. Dñs enī Salu-
atoz nec mala ꝑpetrauit: nec iniqtatib⁹ patuit: sed
hoc a parte mēbroꝝ apte dicit: a qb⁹ talia sustinent.
Pietatis enī nostri capitis fuit: vt qui de se multa di
xerat: cōmemorationē quoqz fideliū facere dignare
tur: ne se sequestratos putarēt cū ꝑteritos esse cogno
scerēt. ¶ Et nō potui vt viderem. Multiplicate sunt
sup capillos capitis mei: z cor meū dereliquit me. ¶
Doc oīno ad membra referendū est: ceteruz in dño
Chzisto nequeunt talia ꝓuenire. Nō potui vt vide-
rem: id est: circūdantib⁹ me iniquitatib⁹ meis: qō ve
raciter pōt fidelis edicere. Et q̄uis in homine capil
li capitis videant innumeri: tm̄ peccata eoꝝ calculū
ꝑbant excedere. Nec frustra in comparatione delī
ctozum capilli deducti sunt. Nam in veteri testamē
to: sacerdotes ipsa similitudine radebantur: vt tali
emundatione purgati: carnis vitia deposuisse vide-
rent. Cor vo nos derelinquit: quādo peccatis egrum
profutura nō appetit. ¶ Complaceat tibi domine vt Alt. eruas
¶ eripias me: domine ¶ in auxilium meum respice. ¶ Alt. ad adiu
uandum me
Post enumerationes premissas: venit ad saluberri-
mā ꝓclusionem: vnde omnis impugnat aduersitas:
omnia nocentia destruunt: vt placeat dño eū eripe-
re qui mundi istius ꝓtrarietatib⁹ cingebat. Et intue
re qō dicit: Complaceat: id est: coīter placeat. Cōcor-
DOC
dia enī hic trinitatis oñdit. Nā qō placet patri: hoc
placet z filio z spiritui sancto. Addidit: Tibi: vt san
ctā trinitatē vnū deū eē cognosceres. Sequit: Dñe
in auxiliū meū respice: vt itelligam⁹ respectū ipsius

Luce.22. nrm esse pfidiū:sicut est illud in euāgelio:Respexit
petrū ⁊ fleuit amare. Alr eni liberari nō possum⁹:ni
si nos dnitas ppitiata respiciat.¶ Cōfundant ⁊ reue
reant simul:qui querūt aiam meā vt auferāt eam.¶
Uenit ad eā que supest narrationē:vbi pfusionez ⁊
reuerentiā dnīs Saluator optat ipys:exultationē vo
⁊ letitiā puenire petit deuotis. Sed vide in ista dep
catōe quāta gerat studia pietatis. Cōfundant dixit:
mirabiliū opatione turbent. Reuereant aūt:resur
rectionis glia corrigant:vt illū pfiteant deū:quē du
dū putauerāt esse trucidādū. Simul:id est:sicut pse
cuti sunt:ita ⁊ pdestinati puersionis munē liberent.
Sequit:Qui querūt aiam meā. Duobus modis aia
querit:siue ad bonorē:siue ad mortē. Sed vt hic il
los ostēderet qui eā voto ꝓio perquirebāt:addidit:
Ut auferāt eā:nō vt diligāt:nō vt venerent:sed vt a
corpe meo iteruētu mortis segregare ꝓtēdāt.¶ Auer
Alr reuerēdā tant retrorsū ⁊ ¶erubescāt:qui ¶cogitāt mihi mala.¶
Alr volunt Frequēter dixum⁹ malis sic bene optari:vt retrorsuz
redeāt a voluptatib⁹ suis:nec in malo ope pseuerēt.
Qui si pfusionē patiant euadūt:si mūdi letitia per
fruant pereūt. Nā retrorsuz istud:in bonā partē di
ci euāgely loc⁹ ille testat:vbi Petro vite bui⁹ se amo
Mar.8. re diligētu respōdit:Redi retro sathanas. Qō aūt po
suit:Qui cogitāt mihi mala:iudeoꝝ significat ipro
bas volūtates:quoꝝ cogitationes nō erāt male dno:
ETY sed auctoribus suis. Cogitationes eni a cogēdo dicte
sunt.¶ Ferāt pfestim pfusionē suā:qui dicūt mihi eu
ge euge.¶ Ferūt pfestim pfusionē suā:qui vsqz ad il
lud pueniūt vt se negter errasse coēscāt. Ferāt dixit
qsi pōdus imēsum. Cōfestim vt peccare ceperint:ne
lōgi⁹ pgrediēdo periculosi⁹ ingrauent. Cōfusionē suā
id est:cogitationē prauā vitāte puictā. Sequit:Qui
dicūt mihi euge euge. Dic falsos arguit laudatores:
qui plus nituntur adulādo decipe:q̄ possint vitupera
tionib⁹ sauciare. Euge:vbū gdē pconiale est:sed cuz
recto aio nō pferit:ad derisionē trahit iferēdā. Que
SCHE figura dicit Ironia:id est:irrisio.¶ Exultēt ⁊ letent
Alr super te ||¶qui querūt te dne:⁊ dicāt semper magnificet dnīs
omnes que- ¶qui diligūt salutare tuū.¶ Sicut inimicos suos pfun
rentes di petyt qui euz falsis laudationib⁹ irridebāt:ita de
notos optat vaciter gaudē:qui spem suā noscunt in
dnī maiestate posuisse. Eos enim nō tm̄ letari:sed ⁊
exultare depcat. Sed que sit ista exultatio:psequen
ter exponit:id est:Et dicāt semper: magnificet dnīs.
Hec est eni pfessio que in eternū gaudentes efficit
christianos:que q̄uis iugiter dicāt tm̄ semp appetit.
Job.1. De ista sigdē snia pascebat ⁊ in isto seculo Job:qui
erat afflictione corpis graniter sauciat⁹ dicēdo: Dnīs
dedit:dnīs abstulit:sicut dno placuit ita factuz est:sit
nomē dnī benedictū. Exultabit qppe:qm̄ letabat in
dno:in quo reuera sūt oia pfutura. Sed ne hāc exul
tationē gbuscunqz crederes ꝓcedēdaz:addidit:Qui
diligūt salutare tuum:id est:qui me spūali charitate
Alr medicus ꝓquirūt:⁊ mādatis meis suauiter obsequunt.¶ Ego
Alr sollicit⁹ ē ¶vo ¶egen⁹ ⁊ pauper sum:dnīs ¶curā bet mei.¶ Postq̄
dixerat letitie munerib⁹ esse cōplendos qui deitatez
vbi diligē voluissent:ne sibi gspia merito ꝓ glia vē
dicaret:dnīs Christus ex forma loquit humanitatis
assumpte:Egen⁹ ⁊ pauper sum. Egen⁹:qz humanitas
subueniri sibi semp eget a dno. Pauper:qz nisi dina
gra clarificet:de se oino tenuis esse cognoscit. Sed
ne istā pauptatē vilē abiectāqz estimares:Addidit:
Matth.3. Dnīs curā bet mei:scilz de quo dicturus erat:Dic est
filius me⁹ dilect⁹ in quo mihi bene cōplacui. O pau
pertatē thesauris oib⁹ ditiorē. Pauper eni de nro:di
ues de suo est:qui iō indigentiā humanitatis assum
pst:vt abūdātie sue nos faceret esse ptcipes.¶ Adiu
Alr. ptector tor me⁹ ⁊ ¶liberator meus ¶esto dne:ne tardaueris.¶
Alr. in ca de meus De adiutorio ⁊ de ptectione secur⁹ celeritatē neces
sariā petit:vt iā qz mors vitari nō debuit:saltē resur
rectio festina succedēt. Cū eni dic:Adiutor ⁊ libera
tor:ostēdit patiētiā diuersarū videlicet passionū:vñ
⁊ ipe psalm⁹ fecit initiū. Quapropter tot⁹ vtuti patiē
tie merito deputat:q ⁊ eodē fine pcludit. Cōclusio.

Magnifica

⁊ suauissima vba sensus nros me
dullit⁹ itrauerūt:qñ ipm audiui
mus docentē quē adorām⁹ auctorē. Nā ꝛz vniuersos
psalmos magno honore veneremur:nescio qd tamē
dulci⁹ accipit:cū aliqd de sancta incarnatiōe pferr.
Ois eni fidelis gratissime suscipit:per quā noscitur
ee liberat⁹. Et respice quo ordie psalmi bui⁹ ꝓtextio
disponat. Primū loquit eccl'ia:q̄si rudes docēs:q̄si
trepidos ꝓfortans:quasi incompositos ꝓparās:vt
sequentia verba dñi Saluatoris libenti animo salu
tariter populus ꝓparatus audiret.

Explicit expositio in psalmū .39m.

¶ In finem psalmus Dauid. XL.

Beatus qui intelligit super ege
num ⁊ pauperē:in die mala li
berabit euz dñs. Dñs pseruet
eū ⁊ viuificet eū:⁊ beatum fa
ciat eū in terra:⁊ nō tradat euz
in aiaz inimicoꝝ ei⁹. Dñs opē
ferat illi super lectū dolorīs ei⁹:vniuersum
stratū ei⁹ versasti in ifirmitate ei⁹. Ego dixi
dne miserere mei:sana aiaz meā qz peccaui
tibi. Inimici mei dixerūt mala mihi:quan
do morie⁹ ⁊ peribit nomen eius:¶ Et si igre
diebat vt videret vana loquebat cor eius:
cōgregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur
forras:⁊ loquebat in idipsum. Aduersum
me fusurrabant oēs inimici mei:aduersum
me cogitabāt mala mihi. Uerbuz iniquum
constituerūt aduersum me:nūquid qui dor
mit non adijciet vt resurgat:¶ Eteniz homo
pacis mee in quo sperauit:qui edebat panes
meos magnificauit super me supplantatio
nem. Tu autez domine miserere mei:⁊ re
suscita me ⁊ retribuā eis. In hoc cognoui
qm̄ voluisti me:qm̄ non gaudebit inimicus
meus super me. Me autē ppter innocētiā
suscepisti:⁊ cōfirmasti me in cōspectu tuo
in eternū. Benedict⁹ dominus deus israel:
a seculo ⁊ in seculum:fiat fiat.

Verba ista frequēti vsu nobis iā debēt ee
notissima;sed vt breuiter dicta tāgam⁹:
oia dirigunt ad Christū dnm. Magnifi
cat aūt hunc psalmū qō in q̄dragenario
numero nosci collocatus:qui calculus
emundationi ⁊ purificationi frequēter aptat. Qua
draginta enim diebus fuso diluuio:ab iniquitatib⁹
boium terra diluta est. Quadraginta quoqz diebus

sanctus Moyses ab escis corporeis temperauit:vt
dina colloquia mereret. Eodem modo Helias suffi
gio se corporee refectiōis abstinuit. Ipse quoqz dns
totidē dieb⁹ ac noctib⁹ ieiunauit vt nobis formā btē
purificationis ondēret q̄dragresime:qn etiaz ipsius
exemplo pmittit tēp⁹ abstinentie:vt deletis sordib⁹
pctōꝝ:ad resurrectionē dñi puris mētib⁹ accedam⁹.
Quapropter hūc psalmū iter illa iudicem⁹ sacra re
positū:que aias nras celesti purificatiōe mūdificāt:
maxime qñ de elemosyna ppheta dictur⁹ est:qua p
Eccle.3. prie fieri nosci purgatio pctōꝝ. Legit eni:Sic aq̄
extiguit ignē:sic elemosyna extiguit pctm̄. Diuisio.

Primo igressu ppheta loquit:beatū pdi
cās elemosyne largitorē:multiplici eū be
nedictione ꝓcelebrās. Scōo:gloiosz dns
suā memorat passionem. Tertio:ad ꝓfir
mandā spem fideliū:idem Christus dns
predicit pprīā resurrectionez. Expositio.

SYL Beat⁹ qui intelligit sup egenū ⁊ pauperē:
in die mala liberabit eū dns.¶ Dic itez
hypothetic⁹ syllogism⁹ hac rōne resplen
det. Si ois beatus itelligit sup egenū ⁊
pauperē:in die mala liberabit euz dns.
Attn̄ ois btus intelligit sup egenū ⁊ pauperē:in die
DEF igit mala liberabit euz dns. Hypothetic⁹ aūt:id est:
ꝓditionalis syllogism⁹ est:qui ex ꝓditionalib⁹ ppositi
DEF tiōib⁹ bns absolutā assumptione colligit pclusionē.
Nūc sequentia videam⁹. Scōa est spes definitionis
que grece enneomatice dicit:latine notio nūcupat.
Hec de factis suis vnūquēqz quid sit ondit. Dic eni:
quo modo pctā per opationes elemosynarū saluber
rimas expient:vt possit btitudo gliosissima reperi
ri. Suadebat nos equidē dignitas rei:per locū cōez
aliq̄ facē digressionē:vt recōciliatricē humani ge
neris elemosynā laudare deberem⁹. Sed qm̄ multo
rū patrū sanctissimo atqz eloquētissimo ore celebra
ta est:sufficiat ad eoꝝ libros audiētiū corda remisis
se:vt ⁊ illoꝝ desideriū vberius expleat:⁊ nos ceptuz
op⁹ iuuāte dno gnauiter impleamus. Sed ꝛz multi
Luce.6. pies de hac re plura ꝓscripserint:orit tm̄ inter eos de
hoc articulo nōnulla dissensio. Legit eni:Oi petēti
te tribue. Scriptum est etiā:Desudet elemosyna in
manu tua:donec inuenias iustū cui eā tradas. Sed si
oēs iustos querim⁹:iperatā ꝓstringim⁹ largitatē. Ue
rum hec cā in sola pia volūtate ꝓsistit:qz nō est nrm
pus mores discutē ⁊ sic idigētie subuenire. Sufficit
nobis vt nos dare aliqd malis artib⁹ nesciamus:nec
opiniones hominuz captādo elati elemosynā largia
mur:sed opemur solo affectu subueniēdi:qō nos sup
oia pcipit diuinitas itueri. Qui sic dederit:⁊ si iustis
nō det:iuste tm̄ oib⁹ erogabit. Sed maior opa dāda
est:vt scis viris in aliq̄ idigētia subuenire debeam⁹
ppter Christū dñm nrm:qui de paupib⁹ suis in iudi
Matth.25. cio pprio dictur⁹ est:Qui fecit vni ex minimis istis:
mihi fecit. Quid eni dici pōt sublimi⁹:qd ve gliosi⁹:
qñ aut ipsi ptermissi in ignē dirigūt:aut remunera
ti nos ad dexterā collocabūt:¶ Sed aduerte qō dicit:
Intelligit vt ēt nō petētib⁹ talib⁹ offerat. Nā qui pe
tēti tribuit:bonū opus efficit:qui vō tacētē itelligit:
btitudinē sine aliq̄ dubitatiōe congrit. Addidit:In
die mala liberabit eū dns:die qdē iudicij significat.
Sed aliquos mouet qp tā frequēter malā dic. Ois
homo malū ⁊ formidabile iuste sibi dei dic ee iudi
ciū:qz pctōrib⁹ debita pena suspecta est. Nā ⁊ si eius
miseratione liberamur:rigore tm̄ iudicij ipsi⁹ recte
Epauescim⁹.¶ Dns ꝓseruet eū ⁊ vtuificet eū:⁊ beatuz
||faciet eū:⁊ emūdet in terra aiam ei⁹ ⁊ nō tradat eū
Alr. nō habet Alr. aiam
Ein ¶man⁹ inimici ei⁹.¶ Petitio ista ppbete certa p
missio est:qz sic fieri necesse est:si tū egen⁹ ⁊ pauper
pio munē subleuet. Cōseruet dixit:id est:iter mala
seculi pire nō faciat:sed ad suā retributionē illesuz
sancta puersatione pducat. Uiui aūt ppzie illi dicū
tur:qui se a christiana fide nō dīdunt. Naz de illis qui
Luce.9. in erore versant dictū est:Sine mortuos:sepeliant
mortuos suos. Ergo viuificet eū dicit:hoc est:faciat
illū iter electos in sua viue portiōe. Addidit:Et bea
tū faciet eū:vtiqz vt in resurrectione ad dexterā col
locet:⁊ in patriā illā btōꝝ magni iudicis pnūtiatio
ne mittat. Sed post illā superiorē quā dixerat:rē ni
mis necessariā tāgit:vt dū in isto mūdo ꝓsistit:pec
catoꝝ remissione mūdet:vbi venia optata suscipit:
si deuota supplicatione plāgat. Subiūxit etiā:ne in
manib⁹ inimici tradat. Inimic⁹ diabolus est:manus
ei⁹:ptās iniq̄ est. Nā q̄s man⁹ hēat:qui carnē nō bēt:
Ipsa q̄ ptās est:qua seruos dei multiplici tētatione
castigat. Et aiaduerte:quotiēs in hoc vsu:Et:posuit:
SCHE vt figurā Polysyntheton ꝓiūctionis huius frequēti
Eiteratione mōstraret.¶ Dns opē ferat illi sup lectuz
|dolorīs ei⁹:vniuersum stratū ei⁹ vsasti in ifirmitate
Eeius.¶ Ne putares beatū istū in hoc mūdo incōcus
sam requiē possidere:dolores ei⁹ mitigari depcat:vt
multitudo maloꝝ tēperatiōis bñficio vincere t. Le
ctus eni nobis dat⁹ est ad getē:in quo se boium fessa
membra refoueāt. Sic ⁊ ille qui primoniū ꝓquirit:
vxorē sibi copulat:filios pcreat:qui amicitias parat
q̄si in quodā lecto delectationis gra ꝓquiescit. Sed
hoc frequēter fuis suis amara ⁊ dolorib⁹ plena dns
facit:ne spem suā ponētes in tpalib⁹ reb⁹:futura bo
na nō appetāt. Quapropter optat ppheta:vt ꝓsolet
dns dolorē eius:qui in delectatione sua q̄si quodā le
ctulo sauciat. Addidit:Uniuersuz stratū ei⁹ vsasti in
infirmitate ei⁹. Causaz excolit quā super⁹ dixit:qz p
uidētia dina pficit:vt suoꝝ dei mūdana delectatio
in angustys doloribusqz vset:q̄ten⁹ hic diuersis cala
mitatib⁹ afflicti:eterne btitudinis requiē ꝓsequant:
sicut factum est in Job:cui seculi bona in ifirmitate
puersa sūt:sed ide felicior extitit:qz se illi psperitas
mūdana subtraxit. Quocirca talib⁹ reb⁹ rogat opem
ferre dñm:ne humana fragilitas duris laborib⁹ pres
sa superetur.¶ Ego dixi dne miserere mei:sana aiam
meā ¶qm̄ peccaui tibi.¶ Cū tribulationes fideliū di
Alr. quia uino iudicio fieri cognouisset:exclamauit pie trepi
dus ppheta:vt ⁊ ipse misericordiā dñi ꝓsequat:qm̄
qui se peccasse cognouerat:tētationib⁹ tradi iure me
truebat. Oē eni peccatū morb⁹ est aiarū:quo crescēte
salus interioris bois dissipat. Sentit egritudinē suā:
qui clamauit ad medicū:sed itellect⁹ erat san⁹ dū se
cognuit ifirmū. Aiaz itaqz suā sanari desiderat:remis
sione scilz pctōꝝ:Quia reuera sanamur:cū strāgulā
tia pctā laxant.¶ Inimici mei dixerunt mala mihi:
qm̄ morie⁹ ⁊ peribit nomē ei⁹.¶ Dacten⁹ ppheta de
beatoꝝ afflictione locut⁹ est:nūc secūdo igressu dns
Saluator de sua passiōe dictur⁹ est:vt cū famuli dei
diuersis casib⁹ affligunt:nō se a deo credāt ee dereli
ctos:qm̄ Christus dñm talia ptulisse cognoscunt:qui
Joan.15. dixit:Si me pseqnt sūt:⁊ vos pseqnt:Si sm̄onē
meū kuauerūt:⁊ vrm seruabūt. Inimici vō dixerūt
mala:quādo falsa locuti sūt. Necesse eni erat vt ipy
mendacia cogitarēt:qui diaboli victori fremuerūt.
Sequitur:Quādo morie⁹ ⁊ pibit nomē ei⁹:¶ Uerba

Ibidē.il. Ubi supra

sunt demētium iudeoꝝ. Dicebāt eniꝫ: Si dimiseri-
mus eū: veniēt Romani ⁊ tollent nobis ⁊ locū ⁊ re-
gnū. Itē caipbas ait: Expedit vt vn⁹ homo moriat̄ p
oib⁹: ⁊ nō tota gēs pereat. Peryt enim nomē ei⁹: sed
ab ipsis qui ei credē noluerūt. ⁊ Et ⁊ ingrediebant̄ vt
videret: vana locutū est cor eoꝝ: ꝓgregauerunt iniq
tatē sibi. ⁊ Et egrediebant̄ foras ⁊ loquebant̄. ⁊ Tē-
pus illud dñice passiōis exponit: qñ iudas nō ad ve-
nerādū dñm: sed ad ꝓdendū poti⁹ dolosus intrabat.
Nā qō pluraliter dictū est. Ingrediebant̄: ⁊ illos si-
gnificat qui ei man⁹ inycē ꝓsumpserūt. Vana vo lo
cuti sunt iudei: qñ de illu⁹ morte crudeliter tractaue
rūt: qui oiuz vita eē cogscit. Sequit̄: Cōgregauerūt
inigtatē sibi. Cōuent⁹ ipsoꝝ ꝓgregatio fuit vtiqz pec
cantū: qñ in vno facinore oia scelera ꝓpetrata sunt:
dum rerū dñm crucifigē decreuerūt. Foras egressi
sunt: qñ int⁹stare nō poterāt qui ab arcano fidei di-
screpabāt. Utrūqz miserū: vtrūqz pestiferū: ingressi
sunt ad facin⁹ ꝓpetrādū: deide foras a vitatis finib⁹
exierūt. ⁊ Simi⁊ in vnū susurrabāt oēs inimici mei
aduersuz me cogitabāt mala mihi. ⁊ Susurratio est
oris paruissim⁹ son⁹ sine aliq̄ vocis distinctione ꝓfu
sus: Pmo tract⁹ ab auib⁹: quaꝝ vox plata susurr⁹ est.
Qō iter illos euenit: qui in auribus suis murmurare
inuicē gestierūt. Cō silia quippe sua detegere nō ꝓsu
mūt: qui scelerū societate ꝓiūcti sunt. Addidit: Oēs
inimici mei aduersuz me cogitabāt mala mihi. Ex-
pressit isaniā furētū isipiētiū qz populoꝝ. Solēt eni
pauci eē scelerū auctores. Dic oēs mala cogitasse di
cti sunt: vt nemo sit min⁹ nocens quos vna facinoris
damnat equalitas. Qō aūt dixit: Mala mihi: si effe
ctū queris sibi: si votū mihi. Iusti siquidē pena nō
patiētis: sed faciētis inuidia est. ⁊ Uerbū iniquū cō-
stituerunt aduersum me: nunqd qui dormit nō adi-
ciet vt resurgat? ⁊ Uerbū iniquū dicit: qñ clamabāt
Pilato: Si hūc dimittis: nō es amic⁹ Cesaris. Cōsti-
tuerūt: id est: decreuerūt: aut etiā definierūt: videli-
cet qñ de dño Saluatore sniam sibi sunt locuti. Dor
mire est aūt a sensib⁹ carnis remissa mētis intētione
regescē: ⁊ iterū ad act⁹ vite nr̄e reparato animi vigo
re remeare. Quod morti dñice pulcherrime videt̄
aptatū: qz tāta celeritas resurrectiōis fuit vt dormis
se poti⁹ q̄z mortu⁹ estimet̄: resurgēs fortissim⁹ qui vt
ibecillis occubuit. Et ne sibi heretici diuti⁹ blādian
tur: audiāt illū qui dormit ipm sibi adycē ꝓtin⁹ vt
resurgat: sicut ⁊ in euāgelio dicit: Ptātē habeo ponē
di aiam meā: ⁊ ptātē habeo iterū sumēdi eā. ⁊ Etenī
homo pacis mee in quo ⁊ sperabā: qui edebat panes
meos ⁊ ampliauit aduersuz me supplātatione. ⁊ Do-
minē pacis sue: dicit discipulū iudā: qui illi pacē de-
dit qñ eū tradidit. Pacē siquidez dicim⁹: cū nos iui
cez osculamur. Nā si ad aīe trangllitatē referas: pax
eē in illi⁹ corde nō potuit: qui insidias blādiēdo ꝓpa
rauit. Addidit: In quo sperabā: id est: in quo sperare
putabar. Naz quo modo habuit in hoie pessimo spe
rare: qui illū potuit anteq̄z nasceret agnoscē? Nā vt
itelligas fuisse pscitum: sic ipse dñs dicit: Nōne vos
duodecim elegi: sed vn⁹ ex vobis diabolus est? Seq̄-
tur: Qui edebat panes mecū: siue doctrinaz meā au-
diebat: vñ spūaliter epulamur: siue qz manuz misit
cū ipso in parapside: quēadmodum euāgelij lingua
declarat. Et merito dixit: Ampliauit: qñ ignorātib⁹
quis eēt ipse mōstrauerat. O discipulū surdū: o ido-
cili corde durissimū. Quis enim eū a tāta pietate ali
quid vturis aio ꝓcepisse credat: qui tā crudelis exti-
tit parricida? ⁊ Tu aūt dñe miserere mei ⁊ resuscita
me: ⁊ retribuā ⁊ illis. ⁊ Exposita passiōe: ad tertiū ve-
nit ꝓgressū: in quo resurrectionis sue per id ꝓ homo
est fieri miracula depcaī. Quid erigis aures hereti-
ce? Quid te putas aliqd inuenisse: qō tuā possit excu
sare pfidiā? Si ptātē queris: audi qō in euāgelio di-
cit: Soluite tēplū h̄: ⁊ in triduo suscitabo illud? Dic
humanitas rogat: ibi diuinitas pollicet. Desine calu
mnias facē. Utraqz enī ꝓueniūt in dño Saluatore:
qz vbū caro factū est: ⁊ habitauit in nob. Retribuā
illis dixit: nō doloze vindicte: sed expectatiōe patiē-
tie. Nā hodieqz sustinēdo illos: magnā ptez eoꝝ de-
mētie sue opatiōe ꝓuertit. ⁊ In hoc cogni qñ voluī-
sti me: qñ nō gaudebit inimic⁹ me⁹ super me. ⁊ Cogno
uisse se dic in hoc dilectionē pāis: qz gliosa est resur-
rectio secutura. Qñ voluisti me: subaudi: glificare:
exaltare. Possunt enī huic loco ⁊ hec vba que dicta
sūt ⁊ his similia ꝓuenire, Addidit: Qñ nō gaudebit
inimic⁹ me⁹ sup me. Hoc erat qō dixit: Qñ voluisti
me: scilz qz inimic⁹ supra eū nō est gaudere pmissus:
qñ illa que disponebāt: nullaten⁹ ipleuerūt. Ad hoc
enī eū occidē voluerunt: sicut supius dictū est: vt no
mē ei⁹ penit⁹ de terra abrogarēt. Sed ecōtra: vident
ecclesiā Xpisti toto orbe diffusaz: nomē ei⁹ vbiqz ce
leberrimū eē cogscūt: vt merito gaudē nō possint q
bus tā ꝑzia ꝓuenerūt. ⁊ Propter inocētiā aūt meā
suscepisti: ⁊ ꝓfirmasti me in ꝓspectu tuo in eternū. ⁊
Uere sancta inocētia: vere simplicitas: vere humili-
tas btā: vt tot mala passus: nulla se ꝓtētione defende
ret. Placato aio ibat ad crucē: trangllla mēte moritu
rus. Oia vba que ꝑdicta sunt per ꝓphetas: integerri
ma veritate cōpleuit. Doluit casibus pseqētiū: ⁊ in
cruce possit⁹ pro inimicis suis clemētissim⁹ exorauit:
qñ h̄ ⁊ a fidelib⁹ suis faciēdū eē decreuerat. Et me-
rito dedit ꝓceptū: qui ꝓmisit exēplū. Seq̄t: Et ꝓfir-
masti me in ꝓspectu tuo in eternū. Dic iam btitudo
ipsi⁹ sancte icarnationis exprimit̄: qui moribūdi cor
poris ifirmitate deposita: homo deus ex duab⁹ ⁊ in
duab⁹ naturis distinctis atqz pfectis pmanet in glia
sempiterna: cui⁹ nomē sup oē nomē est: cui⁹ ptās ce-
lo terreqz iperat: cui oē genu flectit̄: celestium terre
strīū ⁊ ifernoꝝ. ⁊ Benedict⁹ dñs de⁹ Israel: a seculo
⁊ vsqz in seculū: fiat fiat. ⁊ Expositis que ad passio-
nē ⁊ resurrectionē dñi Xpi ptinebāt: pulchre secuta
est laudatiua ꝓclusio: qz oī tpe bñdici debet: qui spez
nr̄az glia sue dispēsationis ipleuit. Bñdictū dicim⁹ ⁊
boiez cui bñdicit̄: cui tñ si bñ nō dicaī benedict⁹ nō
est: ⁊ quodāmodo ista bñdictio ex alieno celebraī ar
bitrio. De⁹ aūt bñdict⁹ est ⁊ si oēs taceāt: qz ille oē bo
nū nō tanq̄z exneū suscipit: sed ab ipso ꝓgredit̄. Nā
qō dixit: A seculo: pnte mūdu significat ex quo ad
mistrari cepta sūt oia. Et vsqz in seculū: futurū vult
itelligi: vbi iā oia eterna ꝓsistūt: nec aliq̄ tpis muta-
bilitate dilabuntur. Nam ⁊ seculum istud deficiat:
dei tamen benedictio incommutabilis perseuerat.
Addidit: Fiat fiat. Hoc verbum geminatum instan
ter ab omnibus predicat esse faciendū. Nō enim sic
intelligendū est: vt puteē fiat benedict⁹ dñs: tanq̄z si
nō laudē benedict⁹ nō sit: sed hoc fiat: vnde nos p
ficim⁹ dū iugiter ei⁹ laudib⁹ occupamur. Aliq vo ex
positoꝝ pro isti⁹ vbi nouitate qō est hic: ⁊ in 71⁹ siue
in 88⁹ vel in cētesimo qnto: in quinque libros psal-
teriū diuidēdū esse putauerūt. Sed eis nō esse ꝓsen
tiendū in ꝓfatione nr̄a sufficiēter ostēsuz est. In acti
b⁹ appe apl⁹oꝝ: vn⁹ liber legit̄ eē psalmoꝝ. Cōclusio.

Alt. eio

Ioan. 2.

Ioan. 1.

Phil. 2.

Alt. nō ptēt

Ioan. 10.

Alt. sperani

Alt. magnifi cauit super

Ioan. 6.

DEF

DOG

Superiore psalmo: In ꝑma grē ecclia sancta locuta est: ⁊ post dñi verba secuta sunt: Ita ⁊ in hoc ꝓpheta ꝑcursor est. In ipso quoqz ꝑncipio beat⁹ Dauid per elemosynas sanctas mora-les nos docuit disciplinas. Secūdo: per passionē suā dñs naturales semitas idicauit. Tertio: resurrectio-nis miraculo ispectiua nos claritate cōpleuit: vt cele stis philosophie vitas tribus ꝓtib⁹ narrata ꝓstaret. Qō si diligēter inspexeris: ⁊ in reliqs psalmis positū frequenter inuenies. Unde psalmi bui⁹ suscepto be neficio magna exultatione dicēduz est: Benedictus dñs deus israel: a seculo ⁊ vsqz in seculum: fiat fiat.

Explicit expositio in psalmū. 40m.

¶ In finez intellectus filijs chore: psalmus Dauid. XLI.

Uemadmodu desiderat cer uus ad fontes aquaruz: ita de siderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniā ⁊ apparebo ante faciem dei? Fuerunt mihi lacbryme mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie: vbi est deus tuus. Hec recordatus sum ⁊ effudi in me animam meam: quoniaz transibo in lo cū tabernaculi ammirabilis vsqz ad domū dei. In voce exultationis ⁊ confessionis: so nus epulātis. Quare tristis es anima mea: ⁊ quare conturbas me. Spera in deo quo niam adhuc confiteor illi: salutare vultus mei ⁊ deus meus. Ad meipsuz anima mea cōturbata est: propterea memorero tui de terra Jordanis ⁊ Hermonijm a monte mo dico. Abyssus abyssum inuocat: in voce ca taractarum tuarum. Omnia excelsa tua ⁊ fluctus tui: super me transierūt. In die mā dauit dominus misericordiā suam: ⁊ nocte cāticū eius. Apud me oratio deo vite mee dicaz deo: susceptor meus es. Quare obli tus es mei: ⁊ quare cōtristatus incedo dū af fligit me inimic⁹. Buz ꝓfringunt̄ ossa mea: exprobrauerūt mihi qui tribulāt me inimici mei. Buz dicūt mihi per singulos dies vbi est deus tuus: quare tristis es anima mea ⁊ quare cōturbas me. Spa in deo qñ adhuc ꝓfiteor illi: salutare vult⁹ mei ⁊ deus me⁹.

Inter verba vsitata filios chore nouiter itroducit: que noia cātoꝝ sū t: nō psalmi graphoꝝ: sic de idirbun in 38⁹ psalmo ia dictū est. Di enī a Dauid ad psalmodia fuerāt electi: sed ppt significātia noium ꝓgruent̄ titulis videnī appositi: q̄z magno studio de bem⁹ ingrere: vt velut nobis cādidissim⁹ nucle⁹ exu tus suo tegmie decēter appareat. Debraice chore: dr̄ caltuaria. Caluarie vo loc⁹ est: vbi dñm Saluatorem ꝓstat eē crucifixū. Quapropter filij chore merito di cunt̄: qui tanq̄z gliosissimū trophеū celestis regis: id est: signaculū crucis suscipe meruerūt. Et ideo psal-m⁹ hic oī ꝓuenit christiano: qui amore dñi flāma dñice charitatis accēdit̄: sine qua totū abiectū est qcqd in humanis reb⁹ putaī eximiū. De qua re hic ꝑmus est ps quē 83⁹ ⁊ 84⁹ subsequunt̄. Sed in his noib⁹ illud meminisse debemus: qō beat⁹ Dieronym⁹ ait: Oē psalteriū sagaci mēte plustrās: nunq̄z inuenio ꝓ filij chore aliqd triste cātauerint. Semp enī in psalmis eoꝝ leta sunt ⁊ iocunda: secularibusq̄z cōtentis: cele-stia ⁊ eterna desiderant: congruētes interpretationi nominis sui.

Diuisio.

Ili⁹ chore: (quez dixim⁹) crucis honore signat⁹: Prima pfessione psalmi bui⁹ oē desideriū mētis sue ad dñm dic eē tran-slatū. In scōa: per quinqueptitū syllogi smū loquit̄ anime sue: dicens eaz in hoc seculi salo non debere turbari: qz deus est ipsius fixa deliberatione refugium.

Expositio.

Icut ⁊ ceru⁹ desiderat ad fontes aquaꝝ: ita desiderat aīa mea ad te deus. ⁊ Dic fi gura est ⁊ Parabole: id est: rerū gñe dissi miliū compatio. Ceruo enī: homo nosci⁊ assimilat⁹. Qō argumētū compatiōis dr̄: a mioze ad mai⁹. Sed nō icassuz fidelib⁹ hoc aīal cō parat̄. Est enī pmo inoxiū: deide velocissimū: tertio desiderio inardescēte siticulosum. Serpētes narib⁹ trahit: quas vt vorauerit veneno estuāte pmotus: ad fontē aq̄rū quāta pōt velocitate festinat. Amat enī aqua dulci purissimaqz satiari. Bui⁹ decora cōpara tio nostrū desideriū ardēter istigat: vt qñ venena an tiqui serpētis baurim⁹ ⁊ ei⁹ facib⁹ estuam⁹: ad fontē dīne mīsicordie ilico festinem⁹: q̄ten⁹ qō pcti aduer sitate ꝑhit̄: dulcissimi haustus puritate vincat̄. Nec vacat qō ad fontes aquarū dixit: nō ad aquas. Fons enī aquarū Xpist⁹ est dñs: vñ oia fluūt quecūqz re-ficiūt. Fluēta enī plerūqz siccari pnt: fons aūt aq̄rū semp irriguus est. Unī merito dictū est ad liquore sa cre originis festinādū: vbi desideriū nr̄m nunq̄z pos sit hēre ieiuniū. ⁊ Sitiuit aīa mea a deum ⁊ viuū: qñ veniā ⁊ apparebo ante faciē dei. ⁊ Ut desideriū qō p misit dīne charitatis fuisse cogsceres: aīam suā dicit ꝓspectū dñi sitiēter appetē. Quo ambitu: imbecillis maxime inflammat̄ humanitas. Deniqz sic sequit̄: Qñ veniā ⁊ apparebo ante faciē dei: scilz qz tunc no bis manifest⁹ apparebit: qñ nos in iudicio suo dignā ter ispexerit. Dis igit̄ reb⁹ edocti: aduertim⁹ habere aīaz sitīm suā: cū desiderio celesti cōmota dīnos flu uios expetit: quibus irrigua semp vbertate fundunt̄ aque copiosissime salutares: que nō solū sitiz retēpe rant aīarū: sed etiā oēm indigētiā ibecillitatis exclu dūt. Nec sitis in seculo btis pectoribus semp est: nec aliquo fine ꝓtēta regescit: qz ei in futura btitudi ne daī inuenire qō appetit: sicut dñs in euāgelio dic: Bti qui esuriūt ⁊ sitiūt iustitiā: qñ ipsi saturabunt̄. Qñ: aūt: cū pōdē pnūtiādu z est: vt grauis ei videat̄ esse dilatio. ⁊ Fuerūt mihi lacbryme mee panes die ac nocte. ⁊ Audiāt h̄ qui dño flere nō appetūt: iuges lacbrymas nō iediā: sed satietatē poti⁹ ituliſse. Nec imerito: qz flet⁹ ille cib⁹ est aīaꝝ: corroboratio sēsū: absolutio peccatoꝝ: refectio mētiū: lauacra culpaꝝ. Per has iuges lacbrymas: significat afflictiō ib⁹ eru diri posse ppl'm chrianū. Dic: pspitatē dēm⁹ accipe: noctē vo tristitiā. Per hec enī duo: oē tēp⁹ vite hoīs indicat̄. ⁊ Dū dicit̄ mihi quotidie: vbi est De⁹ tuus? ⁊

Alt. Quēad modum

SCHE TOP

Alt. fontem

Matth. 5.

Causaꝫ reddit filiꝰ chore: quare iuges lachrymas fudit. Hoc enī dicebat assidue pscuriō is tpe christianis: Nō est qui vos vindicet: sustinete pfecto que volumꝰ: que iubemꝰ. Quis in ista afflictiōe nō fleret: habere psciam rectā: ꝛ prauoꝫ subiace quitys: qñ vltra oēs dolores est: illū isultātē cernē: quē cogscis pscie prauitate sordē. Et respice queniētiā rerū: qñ sic lachrymas suas assiduas designauit: ita ꝛ iputationes fuisse ꝓtinuas dicit: vt oia sibi ꝓcordēt que sacris lectionibꝰ ꝓtinent. [Hec recordat sum ꝛ effudi in me aiam meā: qñ ꝓgrediebar in locū tabernaculi.] Id est: dū hec que mihi iputabant delicta cogitare: aiaꝫ meā quasi ex pleno ꝓceptaculo in lachrymas subita inūdatione pfudi: rogās deū ne diutiꝰ tali increpatione torquerer. Aiam vo sua in se quodāmodo fundit: qui pleno desiderio ꝓcitatꝰ deo se sincera supplicatione pstrauerit. Et nota q ois effusio motu facto ad vicina loca pgredit. Aia vo in se fundit: quotiēs cōpūctionis istinctu in semetipsam reuertit. Sequit etiā cur in se effuderit aiaꝫ sua: scilꝫ Qm̄ igrediebat in locū tabernaculi: hoc est: in ecclīaꝫ pñtem. Ibi enī dū igrederet amplīꝰ plorabat: amplius gemebat adhuc differri illā Hierusalez: quā scis suis dñs repromisit. Necesse est enī viuaciꝰ desiderare qđ expectat qñ eiꝰ quedā filitudo ꝓspicit. [Admirabilis vsqꝫ ad domū dei. In voce exultatiōis ꝛ pfessionis: sonꝰ epulantis.] Hic reddendū est: qđ in supiore vsu dixit: in locū tabernaculi. Ingrediebat enim admirabile tabernaculū: qui tā iniqs iputationibꝰ cedē nesciebat. Dicebat enī illi: Ubi est deꝰ tuꝰ: Sed ille deū tātopere desiderabat: q̄to in eū isultatio nefanda surreperat. De isto vo tabernaculo: vsqꝫ ad illā futuri seculi domū Dei: piꝰ incola festinabat: ne mundi buiꝰ desideria sancto viro viderentur accepta. Sed quomodo illuc ire sanctissimus ambiebat: In voce scilꝫ exultationis ꝛ pfessionis. Exultatio ad psalmodiā respicit: pfessio ad peccata deplorāda: que duo adiūcta pfectū vtiqꝫ efficiūt christianū. Sequit: Sonꝰ epulantis. Definitio breuis: quid sit exultatio ꝛ confessio: id est: sonꝰ epulātis: qꝛ sonꝰ ipse aiam pascit: ꝛ epulas illi suaues delectatione ꝓcedit. Quid enī dulciꝰ: quidue salubriꝰ: q̄ꝫ Deū laudare: ꝛ se semp arguē. Finita est pars que sitiꝫ habēdā dic in dño: sed rursus in sequēti pte per magnas subtilesqꝫ argumētatiōes hoc iterat: ne per tristitiā mētis cessare videreā desiderio qđ pbabiliardore ꝓcepat. [Quare tristis es aia mea ꝛ quare cōturbas me: Spa in Deo.] Dos vsus paulo solliciti audiamꝰ: qꝛ nisi subtiliꝰ tractent: obscuri sunt. Post illas iputationes quas audiuerat: vbi est deꝰ tuꝰ: post effusionē aīe sue quā nimia tribulatione peregerat: venit filiꝰ chore ad scōam ptez: qui per quinquepartiti syllogismi vacissimā pbationē vsqꝫ ad finē psalmi loquit ad aiam suā dicens: Quare aia mea inimicoꝫ seuis iputationibꝰ sauciata pregrauaris: Quare me tua afflictione cōturbas: Necesse est enī vt illa tristis ac mesta īfirmitas humana turbetur. Sequit aduersum hec salutare remediū. Spera in Deo: qꝛ spes eiꝰ oīa cōmutat in meliꝰ: ꝛ ad eternū gaudiū pducit quos seculi istiꝰ tristitia īflicta cōcluserit: sicut scriptū est: Bti qui lugēt: qñ ipsi ꝓsolabunt. Nec nouū videat q ad aiam suā psona logī introducta. Nā ꝛ alibi legit: Benedic aia mea dño. Et alibi: Lauda aia mea dñm. Et in 52o psalmo idē repetit: Quare tristis es aia mea: [Qm̄ ꝓfitebor illi: salutare vultꝰ mei.] Ne forsitan aia diceret: Quēadmodū possuꝫ sperare in dño: dū tua mihi imbecillitas frequenter obsistat: Dicit filiꝰ crucis: Spera in dño: qm̄ ego illi ꝓfitebor: id est: de peccatis meis penitētiā gero: vt tue deuotioni īpedire nō possiꝫ. Sequit etiaꝫ cui ꝓfitebor: id est: qui est salutare vultus mei. Salus enī vultꝰ nr̄i Christꝰ est dñs: qui in forma seruī: qua sumꝰ absqꝫ peccato: venire dignatus est: sic Hieremias ꝓpheta dicit: Spūs vultus nr̄i Christus dñs cōprehēsus est: sub cuiꝰ velamēto viuimus inter gentes. [De meꝰ.] A meipso aia mea turbata est: ꝓpterea memor ero tui de terra Iordanis.] Iste qui ꝓsiliū dabat aie: qui mētem suā rōnabiliter corrigebat: ad ditionē humanitatis reuersus ꝓfitetur: dicens aiam suā a se potiꝰ esse turbatā. Reuera: qꝛ nisi hoc vitia carnis facerēt in sua tranquillitate mentis puritas pmaneret. Hāc aūt rōcinationes nimis cōpetēter arbitror īroductā: vt homo euidēter agnosceret ex qua diuersitate ꝓstaret. Sed filiꝰ iste crucis quē p̄fatus est titulus: ostendit remediū quo possit vnusquisqꝫ aīe sue ꝓturbationes euadē dicēs: Propterea memor ero tui dñe de terra Iordanis. Propterea: id est: ꝓpter ꝓturbationes istas quib aia mea vehemēter affligit: memor ero tui dñe: Quasi diceret: Ad te sūma velocitate festino: vbi pueniſse remediū est: ꝛ carnaliū maloꝫ cōpetēs pbat exclusio. Dicit etiam vnde memor erit: De terra scilꝫ Iordanis: hoc est: de loco in quo p̄us dñs baptismatis beneficia ꝓsecrauit. Nā ꝛ nomē ipsuꝫ Iordanis fluminis: interpretat descēsio eoꝝ. Descēdit enī in altitudinē fontiū: qui se illo munere sacramēti desiderat īnouare. Nā hodieqꝫ de baptiçato sic dicimꝰ: Descēdit in fontē. Siue descēsio ista: humilitatem significat: quā baptiçatū necesse est hēre qui dñi nr̄i sequit instituta. Quapropter barū rerū dū memores sumꝰ: supueniēntiū maloꝝ nulla ꝓfussione turbamur. [Et hermonym a monte modico.] Hermonym: paruus mons iuxta Iordanez est positꝰ: sicut deuteronomij lectiōe cogscit. Accepim inquit in tpe illo terrā de manibꝰ duoꝝ regū ammorreoꝝ qui erāt sec Iordanē: a torrēte Arnon vsqꝫ ad mōtē Hermon. Sed videamꝰ quid nobis significātia etiā buiꝰ nois tradē videat. Hermonym dicit Anathema. Qđ dicit homo diabolo: qñ ad deū venerit. Et bene dixit: A monte modico: qꝛ non ex altitudine supbie deꝰ querit: sed memoria eiꝰ in humilitatibꝰ modicis inueniť. Quapropter dū pceptū baptismū: dū humilitatē memorie recondimꝰ: suscepte fidei regulas donāte dño saluberiter obtinemꝰ. [Abyssus abyssuꝫ inuocat: in voce cataractarū tuarū. Oia excelsa tua ꝛ fluctꝰ tui: super me trāsierunt.] Iordanis: hermonym: abyssus abyssum inuocat: in voce cataractarū tuarū: figurā fecerūt. Sardismos: que linguarū semp pmixtione format. Naꝫ Iordanis ꝛ hermonym hebrea sunt noīa. Abyssus abyssum: ꝛ cataracte: grecū est. Inuocat in voce: latinū eē manifestū est. Sic ista figura: in hoc loco cōmixtione linguarū pulchre cōposita est. Duobus enī abyssis: duo testamēta significat: id est: nouū ꝛ vetus: que se vtraqꝫ mutua attestatione ꝓfirmant. quādo vetus nouū p̄dicit: nouū aūt cōmemorat testamenti veteris lectiones. Sic fit vt vtraqꝫ se inuocēt: quādo ad alterutrū de sua ꝓfirmatione testant. Sic ꝛ alibi psalmista dicit: Iudicia tua abyssus multa. Profunda sunt eniꝫ testamenta dñi: qꝛ in sinu sapientie ipsius alta veritate ꝓsistunt. In voce aūt cataractarū tuarū: ꝓphetas ꝛ Apl̄os dicit: qm̄ sic aq̄rū

Ps. 102.
Ps. 145.
Ps. 42.
Al. adhuc
Al. trāsibo
Thren. 4.
Al. Et
Al. Ad me ipsum
Al. cōturbata
Al. nō habet
Deute. 3.
INTER
SCHE
Ps. 35.

multitudo per cataractas euomit: ita ꝛ de ore ipsoꝫ domini fluenta manauerūt. Excelsa vo ꝛ fluctus: ad scripturas sanctas cōpetēter aptamus. Ipse sunt enī quas superius abyssos vocauit: vbi ꝛ parabolaꝫ qui dā fluctus alludit: ꝛ altitudo sensuū pia pscrutatione grādescit. Hec ergo supra se dicit trāsisse iustꝰ: qꝛ in eoꝝ notitia auidus se pscrutator īmerserat. [In die mandauit dñs misericordiā suā: ꝛ nocte declarauit. Apud me oro deo vite mee.] Diē: ociosuꝫ tempus accipiamus: in quo dñi pcepta discunt. Nā lex eius in spatio tranquillitatis ebibit. Tunc enī vacat discē: quādo nō est qđ debeat impedire. Sequit: Et nocte declarauit. Illud vtiqꝫ qđ discit in quiete: in tribulatione declarat. Prius enī ocioso tpe legis vba discunt: sed eoꝝ fructꝰ in afflictione monstrat: sicut legit: Speciosa misericordia dñi in tpe tribulationis: ita fit vt nocte declaret: qđ in die discitur. Addidit: Apud me oro deo vite mee. Ac si diceret. Intra me est sacrificiū qđ offerā deo. Qđ est illud sacrificiuꝫ: Oratio vtiqꝫ quā deꝰ nō spernit: quā supra victimas eligit: cū tū deuotione pura mētis offertur. Sed iste dñs deꝰ est vite nr̄e: qꝛ dū peccatis nr̄is faciētibꝰ morimur eiꝰ clemētie remissione saluamur. [Dicā deo susceptor meus es. Quare ꝓtē oblitꝰ es ꝓquare me repulisti: ꝛ quare ꝓtristatus īcedo dū affligit me inimicus:] Filiꝰ chore supra dixerat: Apud me oro deo vite mee: nunc ipsam oronē quā superi pmisit pfiteť se dño esse dicturū: id est: cū me in gram baptismatis susceperis tuis beneficijs in illa patria collocandū: quare me nunc pateris diuersis calamitatibꝰ diabolica fraude vexari: Senserat enī vir sanctissimus: quāta illi quietis dulcedo futura sit: ꝛ mundi istiꝰ itinera ꝓfragosa vehemēter horrebat. Dic etiā more humano: quare me oblitꝰ es: Quia differebat adhuc illa pmissio: quā in futura patria sanctis suis dñs pollicet. Quare me repulisti: Qm̄ ad illaꝫ quiete adhuc pueniré nō poterat: quā feruētius appetebat. Et quare ꝓtristatꝰ īcedo: dū affligit me inimicꝰ: Utiqꝫ ꝓtristamur: qñ flagella in hoc mūdo suscipimus: qñ inimici fraudulēta surreptione tentamur: qñ carnis vitia iuito ac repugnāte animo sustinemꝰ. Hec figura dicit Erotema: qñ sub īterrogatione crebra aliqd exaggeramꝰ dolētes. [Dū ꝓfringunt ossa mea exprobrauerūt mihi qui tribulant me †.] Ossa ad firmitatē mētis sepe diximus ꝓtinere. Ergo dum patiētie nr̄e virtus affligit: quasi ossa frāgunt. Hoc irridēt vidētes inimici: ꝛ velut ꝓbrosum aliquē abominant: cui nullā felicitatē mūdi istiꝰ arridere cognoscunt. [Duꝫ dicit mihi per singulos dies: vbi est deꝰ tuus:] Hec est illa exprobratio per quā quodaꝫ malleo ossa patiētie frāgebant. Hoc enī habēt in cōsuetudine persecutores ꝛ irrisores: afflictis dicē christianis: vbi est deꝰ tuus: Uindicet te si pōt. Quotiēs enim hoc martyres audierū t: quotiēs pfessores quitormētis varys cedere nequiuerūt: Nā vox ista celeberrima est: quādo illis assidue dicit: qui pro Christi noīe patiunt. [Quare tristis es anima mea: ꝛ quare ꝓturbas me: Spera in dño: qm̄ ꝓfitebor illi: salutare vultꝰ mei ꝛ deꝰ meus.] Querēdū est: quid significet repetitio ista vboꝝ: qm̄ in his lr̄is nihil supfluū: nihil ꝓstat esse ꝓfusuꝫ. Uidet aūt mihi quinquepartitū syllogismū forsitan hic reperiri: quē Cicero oratoribꝰ estimat applicandū: vt euidēter appareat imitatores eos fuisse: nō auctores taliū regularū. Nūc istiꝰ argumentationis distincte membra reddamus.

Propositio est enī. Quare tristis es aia mea: ꝛ quare ꝓturbas me: Spera in dño: qm̄ ꝓfitebor illi salutare vultꝰ mei. Probatio ꝓpositionis: quatuor vsibꝰ qui sequunt pculdubio ꝓtinet adiūcta. Deinde pueniť assumptio. Dicā deo susceptor meꝰ es: quare me oblitus es: quare me repulisti: ꝛ quare me repulisti: ꝛ quare tristis incedo dū affligit me inimicus: Sequit duobꝰ alys vsibꝰ probatio assumptionis. Inferť postremo sub repetitione primi vsus ꝓpositi syllogismi decora ꝓclusio. Quare tristis es aia mea ꝛc. Que repetitio in lege quinque partiti syllogismi celeberrima etiā nūc habet. Nec moueat qđ in ꝓpositione duobꝰ vsibꝰ hec sententia videtur extensa: hic autem sub vno versu ꝓstat esse cōstrictaꝫ. Decuit enim vt in fine colligeret: qđ supra latius videtur esse propositum. Conclusio.

Filius iste crucis in principio psalmi insigne volens ostēdē desideriū suū: exqsito se cōparauit exēplo: vt singulariter credere: diligē: qui noscebat tā īgēti voto dñm ꝓcupisse. Sed qm̄ humano vsu bono ꝓposito malis semp moribꝰ obuiat: dū mens iniqua quē per blādimēta decipe nō pōt: sub dolis increpationibꝰ molit euertē: crebris isultationibꝰ cōmotū se ad ꝓtinuas lachrymas dicit. Et ne tristitia seculi eiꝰ animuꝫ occuparet: aut in despationis discrimina pueniret: ad aiam suā ꝓsolatoria vba facit: vt ꝓturbationē buiꝰ seculi fidelibꝰ inimicam a se depelleret: ne eū despationis tedia possideret. Scriptū est quippe. Tristitia enī que fm deuꝫ est: pniam in salutē stabilē opat: seculi aūt tristitia morte opat. Quapropter merito a se illud conatꝰ est expellē: vñ sibi ꝓpetuū exitiū nouerat īminē. Et ideo hodieqꝫ hūc psalmū boni desideryꝫ suasore atqꝫ institutore: baptiçādis ꝓgrue decārat ecclesia: quatenꝰ a tristitia buiꝰ mūdi alienati: ad dñꝫ tota mētis puritate suspirēt. Presta bone rex: vt (qm̄ nō est vnꝰ modus misericordie tue) sic illos p aquā sancte regnātiō is abluis ita ꝛ nos dono clemētie tue a pctoꝝ fece purifices.

Explicit expositio in psalmum. 4im.

¶ Psalmus Dauid. XLII.

Udica me deꝰ ꝛ discerne causam meam: de gente non sancta ab hoie iniquo ꝛ doloso erue me. Quia tu es deꝰ fortitudo mea: quare me repulisti: ꝛ quare tristis incedo dū affligit me inimicus: Emitte lucem tuam ꝛ veritatez tuam: ipsa me deduxerunt ꝛ adduxerunt in montem sanctum tuum ꝛ in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutez meam. ¶ Confitebor tibi in citbara deus deus meus: quare tristis es anima mea ꝛ quare conturbas me: Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei ꝛ deus meus.

Uāuis aly tituli multa: aly ꝓtineāt paucioza: oēs tñ ad supne ꝓsiderationis munera pducunt: vt ipsa varietas nec fastidiū faciat: nec que sūt nēcia cōmonē desistat. Psalmꝰ g̃ sic sepe dictū est: signat melos celestiū vboꝝ qđ desursuꝫ nobis resonare sentit: sic hic dicturꝰ eit: Discerne causam meā de gente

Ps. 33.
Al. oblitꝰ es mei
Al. nō habet
Al. adhuc
Al. et
SYL
Matth. 5.
DEF
DEF
Al. deo
Al. adhuc

non sancta ꝛc. Dauid aũt: fortissimũ ꝛ desiderabilẽ nobis indicat Christũ: ad quẽ ex persona fidelissimi christiani psalmus iste dirigit: dum mens ꝛ intẽtio eius ad ipsum desideranter aptat. Nã sicut ille superior docet oia cõtemni: quatenus desideriũ dñi singulariter appetat: ita hic premonet: ne mundana possimus tribulatione cõfundi: sed in atrys domini dicit esse gaudendum: egritudinibus nostris valde necessariam probans quã totiens nobis pius medicus ingerit potionem. Diuisio.

Psalmũ istũ vnusquisq; fideliꝫ sibi cõpetenter aptabit: qui in pmo capite dñm deprecat: vt in aduentu nouissimo quo iudicaturus est mundũ: ab infideliũ cõsortio libereꝫ. Secundo introiturum se ad domini altare confidit: vbi tantũ modo beatis accessus est: ꝛ ideo in molestys huius mundi animam suam dicit non esse turbandam: que iaꝫ spe superni muneris gloriatur. Expositio.

Udica me deus: ꝛ discerne causam meã de gente nõ sancta.] Dum vir fidelis huius seculi iniquitatibus angereꝫ: ꝛ cũ incredulis populis adhuc esset habitatione permixtus: subito erupit in vocem: vt in iudicio domini causa eius sequestraret ab ipys: quãdo agnos ponet ad dexteraꝫ: hedos aũt ꝓstituet ad sinistram. Nõ enim petit peccata sua discuti: sed ab iniquorum ꝓsortio liberari. Esset enĩ periculosuꝫ dicere: Judica me: nisi addidisset: ꝛ discerne causam meã: id est: diuide permixtionẽ meam quã in seculo isto sustineo: ꝛ aliquãdo segregatũ me ab ipys in populi tui electiõe ꝓstitue. Addidit: De gẽte nõ sancta hoc est: de peruersis ac male viuentib⁹. Reuera sancta ꝓsciẽtia: quando nec in altero ꝓtueri poterat que diuinis ꝓceptis ꝓbabant aduersa. [Ab hoie iniquo ꝛ doloso eripe me.] Bonũ qdẽ desiderium: sed adhuc nõ habet tempus. Doceniꝫ qõ mõ a sancto isto quer̃: in futuro iudicio a fidelib⁹ inuenir̃. Sed talia ꝛ hic desiderant qui pacifici esse noscuntur: vt ab inquietis moꝛib⁹ cupiãt diuidi: ne possint aliqua prauitate vitiari. Ipse est enĩ iniquus ꝛ dolosus: de quo superius dixit: de gente nõ sancta. Iniquus est enim qui mala facit ꝓpertius. Dolosus qui occulta machinatione grassat: vt sunt omnes qui a mandatis dñi ꝓbãtur alieni. [Quia tu es deus ī meus ꝛ fortitudo mea: quare me repulisti: ꝛ quare tristis incedo dum affligit me inimicus?] Frequẽter ratio causam precedit: sepe iterum iũcta subsequit̃. Dic aũt ꝓposita clamat in capite. Nã cũ sit ei⁹ fortitudo deus: miraꝫ quare ab aduentu dñi in quo iudicaturus est mundum adhuc videaꝫ repelli: quẽ ꝓpter mũdi quas patiebaꝫ angustias magno desiderio sustinebat. Fortitudo est enĩ ꝓsiderata periculoꝝ perpessio: ꝛ laborũ indefecta ꝓbatio. Sciebat enim vir sanctissimus vlterius se ꝓtristari nõ posse: si ad eternã futuri seculi requiẽ peruenirẽt. Mos enĩ desiderãtiũ est: ab illa re se putare depulsos: ad quã venire velociter nõ sinunt̃. Eius quoq; rei explanatio decora subsequit̃. Et quare ꝓtristatus incedo: dũ affligit me inimic⁹? Utiq; in hoc seculo ꝓtristati incedũt sancti: quando inimicoꝝ flagella seuissima patiunt̃. Nã cũ ille dies iudicationis aduenerit: talia minime sustinebunt: qꝛ inimicus cũ suis sequacib⁹ absolute damnabit̃. Qua propter vir sanct⁹ desideranter expetebat tẽpora illa: in quib⁹ sibi beatitudinẽ nouerat ꝓferẽdã. [Emitte lucẽ tuã ꝛ veritatẽ tuã: ipsa me deduxerũt ꝛ adduxerũt in montẽ sanctũ tuũ: ꝛ in tabernaculũ tuũ.] Dic reddit causaꝫ tristitie submouẽde: vt pater mittat filiũ ad iudicandũ qui est luꝫ ꝛ veritas. Ipse enĩ de se dixit: Ego sum luꝫ mũdi. Et alibi: Ego sum via veritas ꝛ vita. Dec enĩ cũ venerit qõ est Christ⁹ dñs: a sanctis eius oĩs timoꝝ cõfusionis abscedit: quando eterne beatitudinis gloriã ꝓsequunt̃. Iste ergo fidelis quẽ superius diximus loqui: deductũ ꝛ adductuꝫ se dicit in: montẽ sanctũ: hoc est: ad firmã credulitatẽ dñi saluatoꝝis: ei⁹ glie cũcta ꝓbens non aliqd suis viribꝰ applicãdo. Qõ aũt adiecit: Et in tabernaculũ tuũ: ecclesiã catholicã significat in mũdi istius certamine ꝓstituta: que adhuc inimici varia fatigatione vexat̃. Sed audimus tabernaculũ: aduersary caueamus insidias: qm̃ dũ in tabernaculis sit ecclesia: nos nequaq̃ possumus ocia possidere secura. Qõ tabernaculũ exodi textus sic euidẽti relatione depingit: vt nõ solũ aurib⁹: sed pene ipsis aspectib⁹ offeratur. [Et introibo ad altare dei: ad deuꝫ qui letificat iuuẽtutẽ meã. Cõfiteboꝝ tibi ī citbara de⁹ de⁹ me⁹.] Uenit ad scõm caput: sed dũ ꝛ hic ecclesia altare habeat: nõ frustra dic̃ post tabernaculũ positũ: Introibo ad altare dei. Est enĩ qõdã sublime altare: nobis qꝛ nũc inuisibile: vbi soli iusti ꝓbant̃ accedere. Nam iter alia mẽbra tabernaculi: que famulo suo Moysi dñs ꝓcepit efficere: hoc quoq; euidenter ostendit dicens: Inspice ꝛ fac ꝓm exemplar quod tibi in monte ostensuꝫ est. Dic enĩ altare ecclesie indiscreta turba circũspicit: ad illud aũt ad qõ se in futuro dicit itrare: soli possunt deo placiti peruenire. Altare enim dicũ est: quasi alte are: vel alta res. Sequit̃: Ad deum qui letificat iuuentutẽ meã. Juuentutẽ hic pro nouitate vite ponit ꝓpter dñm Saluatoꝝẽ: qui oia reparans de vetustate defecta: credentib⁹ iuuentutis reddidit validissimã firmitatẽ. Ecce ille ꝓtristat⁹ cladibus mundi de bono itellectu fecit gaudium sibi. In citbara vo ꝓfiteꝫ: qui mundi hui⁹ aduersa sustinens ꝓ laude domini nõ recedit. [Quare tristis es anima mea: ꝛ quare ꝓturbas me? Spera in deo qm̃ ī ꝓfiteboꝝ illi: salutare vult⁹ mei ī deus meus.] Meminerimus hos vsus ꝛ in psalmo superioꝝ ꝓscriptos: vbi quinquepartituꝫ esse dixim⁹ syllogismũ. Sed ꝓsiderandũ est: qꝛ istã tristitiã seculi fugiendã: ꝛ frequenter admonet: ꝛ vehemẽtissime ꝓsuadet. Nec imeritoꝝ: qm̃ bonis reb⁹ semp aduersa est. Per hanc enĩ patientie robur frangit̃: per hãc charitatis lumẽ extinguit̃: per hanc spei nostre desideriũ virtusq; mollescit: ꝛ oĩs vita ꝓfundit̃ vbi hec inigtas maligna grassat̃. Illa vo tristitia vitalis: bonarũ mentiũ paꝝ: iuge gaudiũ beatoꝝ: votis est maximis expetẽda: de qua dicit Aplus: Fratres: gaudeo: nõ qꝛ contristati estis: sed qꝛ contristati estis ad penitentiam: cõtristati enĩ estis ꝓm deum. Unum quidem nomen: sed rerũ diuersa cõditio. Nã sicut illa nutrit ad moꝛtes: sic ista dirigit ad perpetuam ospitatem. Conclusio.

In superioꝛibus psalmis: ꝓpter ꝓfectoꝝ animos ad virtutis cũlmen erigendos multas legimus ĩtroductas esse personas: modo ecclesiã: modo penitentẽ: modo ꝓphetã modo iditbun: modo filios Choꝛe: magna patientie virtute ꝓloquẽtes: nunc aũt sermo mediocris ac leniꝝ adhibeꝫ: qui ad deuotũ pertineat christianũ: vt nemo vel ibecillis de sua mediocritate diffidat: quãdo vnusquisq; reperit ad qõ per dei grãm ꝓna mẽte festinet

Alt: tabernaculum.

Joan. 8.

Ibidẽ. 14.

Alt: Eruc

DEF

Alt: nõ habet

DEF

2. Corin. 7.

festinet. Nam ꝛ isti desideranti ad atria dñi peruenire: quadragesimusecũdus calculus cõpetẽter aptat̃ est. Tali enĩ numero mãsiones ille in deremo sacrate sunt debꝛeoꝝ. Quadragesima etiã secũda generatiõe ab abꝛaã: dñs saluatoꝝ aduenit: ꝛ mũdũ sua visitatiõe saluauit: vt merito ꝛ iste fidelis ad regnũ dñi pueturus credat̃: qui pristino illi numero sociatus eẽ cognoscit̃. Oẽs ergo hic vtutes: oẽs delectationes iuuenis aia fidelis: vt ꝓsolari se ac recreare per dei gratiã possit qsqs igniculũ illũ diuine charitatis acceperit. Explicit expositio in psalmum. 42m.

¶ In finẽ pro filijs choꝛe ad intellectũ: psalmus Dauid. XLIII.

si aiam vestram in scripturis diuinis vltima dormi-
tione reponatis. Dormitionem vo pro morte poni:
Io. ii. dñs in euangelio testat̃ dicens: Lacarus amicus no-
ster dormit: sed eamus vt a somno suscitẽ eum. Seq
tur: Penne colũbe deargẽtate. Per hec comata: sicut
supius diximus: subaudiẽdũ: suscipiẽt vos. Penne si
gnificant claritatẽ: que nos in illam patriam ducunt
si hic in lege dñi quiescere mereamur. Colũbe dear-
gentate: ecclesiam significant. Que merito columba
deargentata dr̃: q; innocẽtiam habet columbe: ⁊ diui
nis eloquys argenteo candore resplẽdet. De qua scri
ptum est: Una est columba mea: vna est dilecta mea.
Huius columbe posteriora: id est: vltima in specie au
ri clarificata resplẽdẽt: q; postq̃ de hoc mũdo disces
serit: supra aurum eius gratia relucebit. Et respice q;
in hoc mundo argẽto cõparata est. In illa resurrectio
ne auri eam specie dicit ornandam: sicut in 44° psal
Ps. 44. mo iam dictũ est: Astitit regina a dextris tuis in ve-
stitu deaurato circũamicta varietate. [Dum discer-
Al. eam nit celestis reges sup ſterram: niue dealbabuntur in
selmon.] Post diapsalmatis silentium: venit ad psal
mi tertium mẽbrũ: vbi enumerat dona que contule-
rit ecclesie resurrectionis gloria contributa dñs cele
stis. Reges sunt apli sanctiq; pontifices: vel ceteri fi
deles qui pbabiliter regere corpora sua diuino mu
ETY nere meruerũt. Rex ergo: a regendo vocatus est. Et
merito hoc illis nomẽ impositũ est: qui cupiditates
seculi refrenare diuina virtute potuerunt: sicut apl's
1. Cor. 4. quosdam increpans dicit: Sine nobis regnatis: ⁊ vti
nam regnaretis vt ⁊ nos vobiscum conregnaremus.
Vos ergo reges: dum sup eam columbam: quã supi°
dixit: discernit concorditer dñs atq; distribuit: Sup
niuẽ dealbabunt̃ in selmon: id est: supra cãdorẽ niuis
eluceſcũt: qui ecclesiam regere fideliter atq; ordina
INTER re noscunt̃. Qõ aũt dictũ est: In selmon: nomẽ bui°
montis vmbra interpretat̃: que hic ꝓgrue diuina vir
tus intelligit̃. Ipsa enim ab estu vitioꝝ nos defendit
Luc. i. ⁊ reficit: ipsa nobis celestia dona cõcedit: sicut sancte
marie angelus annũtiauit: Spiritus sanctus supue-
Ps. 56. niet in te: ⁊ virtus altissimi obũbrabit tibi. Et alibi:
Sub vmbra alarum tuarꝝ prege me. Hec est vmbra
que in bono ponit̃. Deniq; laudẽ montis sequẽti ver
su dicturus est. Dealbabunt̃ aũt ponit̃ ⁊ in malo: si-
Act. 23. cut in actib° aplorꝝ legitur: Percutiet te dñs paries
Matth. 23. dealbate. Hoc ⁊ euangelium quoq; testat̃: Similes
estis monumẽtis dealbatis: que plena sũt ossib° mor
Al. Mons dei mons pin guis tuorꝝ. [Montem dei montẽ vberem. Mons coa-
gulatus mons pinguis.] Per quinta; speciem diffini
DEF tionis: que grece Lata antilexin: latine verbum dici
tur: exponit ꝓpheta qui sit mons ille selmon quẽ su
perius dixit. Ac si diceret: Montẽ dico: id est: ipsum
Isa. 2. dñm saluatorem: de quo Isaias ꝓpheta cecinit: Erit
in nouissimis diebus preparatus mons domus dñi
in verticem montium: ⁊ eleuabit̃ super colles: ⁊ ibũt
ad eũ oes gentes. Addidit: Et montes vberẽ: ex quo
perpetua ⁊ suauia fluẽta descẽdũt: qui aquas habet ir
riguas ⁊ celesti suauitate cõditas. Subiũgit: Mons
coagulatus: scilz ꝓpter puulos enutriendos: qui non
esca corpulẽta: sed coagulato lacte potãdi sunt. Addi- DOG
dit etiã: Mons pinguis: q; fertilitate sua semp vber
rimus est. O mons breuiter quidem laudatus: sed ce
lestium rerum qualitate copiosus: ex quo aque viue
decurrũt: lac in paruulorum salutem preparatur pin
guedo spiritualis cognoscitur: ⁊ quicquid summe bo
num creditur: in montis istius est gratia constitutũ.
[Ut quid ſsuscepistis nos montes vberes. Mons in Al. suspica-
mini mõtes
quo beneplacitum est deo habitare in eo.] Dixit su- coagulatos
perius: montem debere intelligi dñm saluatorem: sz
nũc reprehendit ꝓpheta: ne quis debeat mõtes istos
intelligere qui aplorꝝ eminẽtie cõparant̃: quamuis ⁊
ipsos per dei gratiam vberes esse noscamus. Addidit
enim: Mons in quo bene bñplacitum est deo habi-
tare in eo. Sed quem montem deberemus aduerte- DOG
re: euidenter designat. Christus est enim solus mons
qui patri complacuit vt in eodez habitaret: sicut ipe
Matth. 3. testatur: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bñ
complacui. Nam qõ dicit: Habitare in eo: ⁊ patri ⁊ fi
Ioan. 14. lio vtrũq; cõe est: sicut ipse in euãgelio dicit: Ego in
patre ⁊ pater in me est. Cum ergo dicit: In quo bene
placitum est deo habitare in eo. In quo: ⁊ in eo: quia
coi lingue non conuenit: proprium hoc scripture diui IDI
ne esse dicamus sicut in 67° psalmo dixit: Ibi in id-
ipsum. [Etenim dominus habitabit ſvsq; in finem.] Al. nonꝝ
Illos montes quos dixerat non debere intelligi: q;
de domino saluatore loquebatur qui est mons mon-
tium: ⁊ sanctus sanctorum: ⁊ rex regum: ⁊ dñs dñan-
tium: Redit ad salutis auctorem dicens: montibus
illis: id est: apostolis inhabitare dñm christum vsq;
in finem: scilz vsq; ad maiestatis sue perfectissimũ
terminum: qui est finis sine fine: ⁊ bonorum omniu;
perfecta plenitudo. [Currus dei decem ſmiliu; mul Al. milio°
Al. eis
tiplex: milia letantium ſdominus in ſsilis in sina in
sancto.] Consuetudo est scripture diuine allegorice
loqui: vt cum aliud dicat: aliud velit intelligi: Quod
in hoc psalmo positum frequenter inuenies. Nũ hic
currus significatur boium iuncta copulatio: q; ita sã-
ctos charitas vincit: sicut lozis ⁊ iugis animalia so-
ciantur. Unde ⁊ dominus ait: Iugum meum suaue Matth.
est: ⁊ onus meum leue est. Sanctorum ergo vnani-
mitas currus est domini: quem ille velut auriga insi
det: ⁊ ad voluntatis sue ministeriũ salutari lege mo
deratur. Sed vt istum currum ostẽderet: non equis
deditum: sed humanis cogitationibus attributũ ait:
Decem milium multiplex. Quod bene ad innume-
ros populos: non ad equos noscitur ꝓtinere. Subiũ
xit: Milia letantium: quod vtiq; de fidelibus debet
intelligi. Et vt ostenderet̃ letitie plenitudo: ait: Do-
minus in illis: qui magne exultationis est cumulus:
⁊ bonorum omnium dulcedo mirabilis. Sequitur: INTER
In sina in sancto. Sina mons est deserti in quo moy
ses legem accepit: interpretaturq; mandatum: vbi
reuera dominus requiescit: quoniam in sanctis man
datis eius solet presentia contueri. [Ascendit in al Al. ascẽdit
Al. cepit
tum ſcaptiuam duxit captiuitatem.] Quam pulchre SCHE
per Ideaz figuram: triumphatoris actus describit̃.
Idea est enim species: cum rem futuram velut ocu-
lis offerentes motum animi concitamus. Ille enim
crucifixus descendit ad inferos: ⁊ liberatos a captiui
tate ꝓduxit ad celos. Necesse enĩ fuit mortem perire

cuius

cuius regnum vita peruasit. Hec sunt spolia illa que
superius dixit: vnde sancta oranatur ecclesia: vnde do
mini cõplenda sunt castra. Ascẽdit ipse: vtiq; qui p
ter nos descendit erudiendos. In altum: videlicet
supra celos celorum. Et qõ super omnes altitudines,
atq; honores esse dinoscitur: sedet ad dextram patris
Quis iam fidelium de concessa libertate dubitet: cũ
Al. accepisti sit extinctus iteritus ⁊ captiuata captiuitas: [ſDedit
Al. in
Al. nõ cre- dona ſhominibus. Etenim ſqui non credunt: inha-
dentes
bitare dominum deum.] Adhuc in illa triumphi si-
militudine perseuerat: qũ ad immensa gaudia conci
tanda festiuitas indicitur ⁊ dona ꝓstant̃. Dona enĩ;
dñi fuerunt super apostolos: spiritus sancti concessa
Eph. 4. magnalia: siue qõ doctor gentium dicit: Unicuiq; au
tem nostrum data est gratia: ſm mensuram donatio
nis christi. Sequitur: Etenim qui non credunt inha
bitare dñm deum. Hic subaudiendum est: eos con-
uertit: vt nobis possit verbis integris constare sentẽ
tia. Nam qui non credunt inhabitare: id est: qui ad
dñm negligunt penetralia peruenire: vt in domo ei°
cum fidelibus habitare ꝓualeant: dñs deus eos con-
uertit qui fidem suam humano generi miseratus in
dulget. Ipsa enim est gratia que gratis datur: q; nos
ipsius bona ꝓueniunt: dum ⁊ ipsum quoq; bonũ vel
Al. die quo- le concedit̃. [Benedictus dñs ſde die in diem: ꝓspe
ridie
Al. salutaris nũ
nostrorum.
rum iter faciet nobis deus ſsalutaris noster.] Post
triumphalem illam descriptionem: breuis quidẽ sed
magna dr̃ laus. Bñdictus dñs de die in diem: id est:
cunctis diebus: omniq; tempore benedicendus est:
qui ascendit in altum captiuam duxit captiuitatem:
dedit dona hominibus: ipse etiam ꝓsperum iter faci
et nobis. Iter quippe: cursum vite significat: qui iam
prosper effectus est: qm̃ redemptorem suum mũdus
agnouit. Adiecit: Deus salutaris noster: vt nullus de
prospero dubitaret itinere: cui dux salutaris est dñs
Christus. Dicant mihi quos spectacula humana dele
ctant: quid tale in editionibus pomposis consulum
videant? Duc animos: huc ora deflectant illud salu-
tariter corde respiciant: vnde non ad fugitiuam leti
tiam: sed ad exultationem destinentur eternã. [De°
Al. domini noster deus saluos faciendi: ⁊ dñi ſexitus mortis.]
Post diapsalmatis incisionem: ad quartum venit in
gressum: vbi dicit quemadmodũ morte sua nos sal-
uos effecerit. Ait enim: Deus noster deus saluos fa-
ciendi: subaudiamus: hic habet potestatem saluos fa
ciendi nos. Quapropter ipse nos saluos fecit: qui est
dominus noster Jesus Christus: qui pro nobis mori
dignatus est: qui ascendit in altum: ⁊ fecit illa que di
cta sunt. Deniq; sic sequitur: Et dñi exitus mortis.
Exit° mortis qui dñi fuit: ipse nos liberat: ipse a mor
te perpetua facit exire. Qõ pulchre arbitror esse sub
iunctũ: ne humana causaret̃ infirmitas: quare mori
or? quare deficio? Adhibita est querelis nostris ma-
gna curatio: Domini exitus mortis. Exitus mortis
est dñi: hoc est: resurrectio votiua fidelium. Reuera
exitus ille singularis ac mirabilis fuit: q; ⁊ ipse ab in
feris egressus est: ⁊ inde suo nos munere ꝓstitit exire
Al. ꝓfringet [Uerũtamen deus ſconquassabit capita inimicorũ
suorum: verticem capilli perambulantũ in delictis
suis.] Ne mala pertinacium multa esse crederentur
dicit: Uerumtamen deus conquassabit capita inimi
corum suorum: quatenus supra perfidos ⁊ pertinaces
vindictam quoq; peruenire cognosceres. Capita ini
micorum: sunt auctores iudaice quidem seditionis:
sed ⁊ hereticorum sine dubitatione doctores. Illi enĩ
in carne christum persecuti sunt: isti autem crudelio
res in ipsa etiam: si dici fas est: deitate deseruiũt. Se
quitur: Uerticem capilli perambulantiuz: id est: qui
tales sibi calumniarum minutias querunt: vt ipsos
quoq; vertices capillorum perambulare ac perscru-
tari posse videantur: significans versutias inanium
questionum: que profutura deserunt: ⁊ nõ necessaria
detestabili disputatione perquirunt. Et vt eorum stu
dia inania cõprobaret: addidit: In delictis suis. Ubi
cogitatio insipiẽs fuit que perduxit ad culpas: vt sũt
manichei: priscillianiste: donatiste: montani: ⁊ ceteri
qui se damnosi dogmatis fetoribus miscuerunt. [Di
Al. in pfũdũ xit dñs ex basan conuertam: conuertam ſde profun-
dis maris.] In hoc versu auctoritas nobis doctissimi
Hieronymi absolute sequenda est: q; translatio eius
lucida cunctam nobis abrogat questiones. Dixit do
minus: Queram° quid dixerit: q; nescio que magna
ꝓmissio est: quam dominus pollicetur. Interpretat̃
basan: siccitas: que humanum genus possederat aridi INTER
tate peccati: sed eam dominus conuertit ad viriditatem
suam: dum illi fluuios salutis infudit ⁊ germina
re fecit vite fructum que prius inferebat exitium.
Adiecit: Conuertam de profundis maris: scilz popu-
los quos de mundi istius profundo liberauit. Mare
enim mundum istuz debere suscipi frequenti lectio
ne iam notum est: qui ⁊ gustu amarus est: ⁊ vitiorum
fluctibus inquietus. [Ut intinguatur pes tuus in san
guine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.]
Illum populum quem superius conuertendum dixe
rat ex profundis maris: nunc ad quid perducatur ex
ponit. Utiq; vt pes eius: id est: actio boni ꝓpositi: vsq;
ad sanguinem gloriosi martyry peruenirẽt. Naz qui
ante gradiebatur in voluptuoso mari: post ambulare
fecit in sanguine: qõ est durũ iter carni: sed beata via
est anime: quã ipso miserante trãsimus: si in eo spem
nostram cordaque reponimus. Addita est obscura
quidem: sed nimis cõplectẽda sententia. Lingua ca
num tuorum ex inimicis ab ipso. Canes: ⁊ in malo po
nuntur: sicut apostolus ait: Uidete canes: videte ma Phil. 3.
los operarios. Et in bono: sicut hic positũ est. De qui
bus ait in euangelio chananea: Utiq; dñe: nam ⁊ ca- Mar. 7.
nes edunt de micis que cadunt de mensa dominorũ
suorũ. Et in alto psalmo positum est: Cõuertẽtur ad Ps. 58.
vesperã: ⁊ famẽ patient̃ vt canes. Isti enĩ carnes pro
dño latrare non desinũt: domũ q; ei° cautissima saga
citate custodiunt. Hic ergo dicit: Lingua canũ tuorꝝ
ex inimicis ab ipso: q; prius inimici fuerant: qui po-
stea clamosis latratibus ecclesiam dñi vendicarunt.
Sed hoc ipsum a quo fieri potuisset adiecit: id est: ab
ipso. Ab ipso vtiq; dño: qui amara mutat in dulcedi-
nem: tristitiam vertit in gaudium: egritudines dete-
Al. Uiderũt stabiles in salutem. [ſUisi sunt gressus ſtui deus:
Al. tuos
Al. mei
Al. nõ hz
ingressus dei mei regis ſqui est in sancto ſipsius.]
Totus bicversus incarnationem significat dñi salua
toris. Dicit enim: Uisi sunt gressus tui deus: siue per
assumpti corporis formam: siue vestigia predicatio-
nis: quibus innocenter ille in hoc mũdo sanctis gres
sibus ambulauit. Et vt dñm saluatorem euidenter
ostenderet: adiecit: Ingressus dei mei regis: q; ipse
rex in hoc mũdo specialiter ingressus est: de quo scri
Mar. 15. ptum est in titulo passionis: Rex iudeorum. Nam ⁊
corpus ipsius euidenter expressit dicens: Qui est in
sancto ipsius. Sanctum enim: templuz corporis fuit
dñi christi. In eo enĩ erat plenitudo diuinitatis: quã
perfidi videre non poterant. [Preuenerũt principes

Al. iuuēcularum — coniuncti psallentibus:in medio ꝗiuuenū tympanistriarum.] principes:apostolos significat:qui ⁊ principes sunt credentium populorum:⁊ preuenerūt oēs in sanctitate doctrine. Et ideo duces effecti sunt: qz ipsos sunt postea populi subsecuti. Addidit:Coniūcti psallentibus:ne crederes paucos fuisse. Coniunctam quoqz multitudinem psallentium conuenienter adiunxit:qui iam laudes dñi:non voce tm̃: sed ⁊ bonis actibus personarent. Sequitur:In medio iuuenum tympanistriarū. Ne sexum femineum crederes esse contemptum:in medio dicit istum actum iuuenum tympanistriarum:id est:iuuencularum prima etate florentium:que tympana sua:hoc est:corporis tensionem ad dñi laudes gloriamqz verterūt:macerantes se ieiunys:carnisqz magis afflictione gaudentes: qō hodieqz in multis virginibus diuina virtus operat̃. Alij vo tympanistriarum:ecclesiarum intelligi voluerunt:quarum atria velut quidam tympanus: laudes dño populorum iubilatione concelebrant:de quibus sequenti versu dicturus est.[In ecclesijs benedicite

Al. deo: dño — ꝗdeum:dñm de fontibus israel.] Interiecto diapsalmate:ad quintam psalmi translatus est sectionez: in qua dicit:vbi dñs debeat bñdici. Ait enim fidelibus In ecclesijs benedicite deum dñm:qz non per diuersa conuenticula paganorum:neqz hereticorum spelūcas:sed in ecclesia catholica dñs benedici debet:vbi recta fides est:⁊ vera confessio. Ibi enim iuste laudatur:vbi non maledicitur. Naz quo modo ab illo laudem suscipiat:qui se impia superstitione cōmaculat: Sequitur:De fontibus israel:de doctrina scilz christiana:quam gentibus apostoli infuderunt. Fons enī

ETY — religionis inde per ceteras natiōes emanauit. Fons quippe a fouēdo dictus est:qō corpora nostra laboze

Al. adolescēcē tulus in mētis excessu — fessa refoueat.[Ibi beniamin ꝗadolescentior:in pauore. Principes iuda duces eorum: principes çabulon:ꝗprincipes neptalim.] Hunc modum locutionis

Al. Et — proprium scripturarum diuinarum esse diximus:qm̃ hebrea nomina ad aliquod mysterium significatiōis

IDI — interserit. Dubium quippe non est:omnes prophetas euangelice predicationis beatuz tempus optasse:qō nunc psalmigraphus vehementer affectans:per noia tribuum:⁊ dñm christum:⁊ ipsos indicasse ꝓbatur apostolos. Ibi beniamin adolescētior in pauore: Ibi scilz in templo Hierusalem:vbi verba dñi paulus audiuit:qō ⁊ textus actuū apl̃oꝝ euidēter enarrat. Sive vt quidam volunt:ibi in ecclesia:vbi dixit psallēdum esse. Beniamin:Paulum designat apostolum:

Phil. 3. — qui fuit de tribu beniamin. Ipse enim dicit: Nā ⁊ ego israelita sum ex semine abraam:de tribu beniamin. Adolescentior in pauore:qz ꝛz etate fuerit adolescēs sicut in actibus apostolorum:in passione beati stephani Lucas dicit: Et falsi testes deposuerūt vestimēta

Act. 7. — sua secus pedes cuiusdam adolescentis nomine sauli. Qui quamuis esset adolescens etate:adolescentior extitit in pauore:quando ad vocez dñi corruit:qui ei miseratus intonuit:Saule saule:quid me persequeris:

Ibidem. 9. — Adolescens autem ab adolendo:id est:a crescendo dictus est. Principes iuda:dominuz significat saluatorem:qui de tribu iuda descendit:sicut Ioannes

Apoc. 5. — in apocalypsi dicit:Vicit leo de tribu iuda:radix dauid. Addidit:Duces eorum:id est:populorū qui erāt in ecclesia constituti:qō non solum ad Paulum vel ad dominum:sed ⁊ ad illos aptandum est:quos dicit inferius:Principes çabulon:principes neptalim. Zabulon ⁊ Neptalim:tribus fuerūt iudaico populo cōstitute:vnde reliqui apostoli trahere leguntur originem. Et hi omnes:principes bene appellati sunt:quia eos honore ac primatu dignissimos fideliuz turba sequebatur. Dicuntur enim principes ⁊ qui reges non sunt:sicut in exodo legitur:in dedicatione tabernaculi:quo modo obtulerint dona duodecim principes singuli de singulis tribubus israel. Longruit autem ipsorum quoqz nominum significatiōes edicere:qm̃ ⁊ ipse probantur ecclesie conuenire. Iuda: confessio — INTER — dicitur. Zabulon:habitaculum fortitudinis. Neptalim:dilatatio mea. Que si diligenter inspicis:ecclesie catholice competenter aptabis.[Manda deus virtuti tue:cōfirma hoc deus qō operatus es in nobis.] Post illam de aduentu domini beatissimam predicationez:quasi iam inestimabili accepto munere: ad patrem ꝓpheta conuertitur dicens:Mānda deus virtuti tue. Virtus enim patris: Christus est dominus:

i. Cor. 1. — sicut apostolus dicit:Christum dei virtutem ⁊ dei sapientiam. Manda:ad personarus pertinet distinctionem. Nam vnum velle illis est:vnus posse perpetue. Quid autem mandetur edicit: Confirma hoc deus qō operatus es in nobis. Magna petitio:vt ꝗfirmet deus in nobis fidem suam quam donare dignatus est. Opus enim domini fuit:vt ceca gentilitas lumine veritatis afflata:verum dominū saluatorem cognoscere potuisset:Fz illud Apostoli:Benedictus de

Eph. 1. — us ⁊ pater domini nostri Iesu christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus:in quo ⁊ elegit nos ante mundi constitutionem vt esse-

Al. non hz — mus sancti ⁊ im maculati in ipso.[A templo tuo ꝗqō est in Hierusalem:tibi offerent reges munera.] Cum soleant in templo munera offerri:hic a templo Hierusalem dicit nihilominus offerenda. A templo ergo Hierusalem offerunt reges munera: qui in ecclesia dei recta conuersatione viuentes: sui cordis offerūt puritatem:qm̃ iam venitur ad premiuz:quando grana segregantur a paleis:⁊ vna fit Hierusalem mater omnium qui sub christi lege vixerunt. Reges:vtrūqz possimus accipere:qz ⁊ ipsi imperatores offerunt seipsos deo munera:siue fideles homines:qui suum corpus per christi gratiam regere meruerunt. Et respice quod Hierusalem tm̃ dixit domini templum: vbi ⁊ visio pacis est: ⁊ discordantium hereticorum

Al. arūdinis cōgregatio Al. in vaccis — nō miscetur aduersitas.[Increpa feras ꝗsyluarum: concilium taurorum ꝗinter vaccas populorum.] Ut illa sancta credulitas confessionis munimine firmaretur:dicit propheta:Increpa feras syluarum: id est: argue superbos homines ⁊ ferocces:qui in praua persuasione ꝓsistunt:vt istoꝝ inuectio fideliū sit solidata munitio. Pro iniquis enim hominibus vel diabolo feras ponit: sicut in alio psalmo dicitur: Extermi-

Ps. 79. — nauit eam aper de syluа: ⁊ singularis ferus depastus est eam. Addidit:Concilium taurorum inter vaccas populorum. Subiungit nihilominus increpandum hoc est:hereticos indomitos:qui erecta ceruice seducunt animas innocentes:⁊ ad suum gregem trahunt quos infelici persuasione decipiunt. Vacce quoque populorum: sunt mulieres ductili voluntate leuissime:que perfidie doctores tanquam tauros sequuntur:de quibus dicit Apostolus:Ex his enim sunt:qui

2. Timoth. 3 — penetrant domos:⁊ captiuas ducunt mulierculas onerantes peccatis: que ducuntur varys desiderys semper discentes: ⁊ ad scientiam veritatis nunquā peruenientes. Cur ergo tales debeant increpari:sub-

Al. excludā — ꝗter adiunctum est.[Ut ꝗnō excludant̃ bi qui ꝓbati

sunt

Al. Dissipa — Esunt argento. ꝗDispergē gētes que bella volūt.] Utilitas illius increpationis ostensa est:qz duz falsitas arguit:nihilominus veritas cōprobat̃. Oportet enim feras syluaꝝ increpare:tauros abycere:vaccas populoꝝ inuebere:vt hi qui ꝓbati sunt:id est:quos charitas spiritualis decoctis sordibus vitiorum:velut argentū mundissimū:ad aie puritatem vsqz perduxit: corroborentur atqz pficiant. Addita est quoqz sententia que dissiparet hereticos. Ipsi enim sunt gētes que bella volūt:id est:que cōtentionibus nō ꝓfectū anime tendūt:sed vt peruersis suasionibus captiuēt

Al. Venient legati ex egypto ethiopia festinet manus eius deo — aias inocentes.[ꝗOfferūt velociter ex egypto:ethiopia festinet manus dare deo.] Cōgruat ⁊ hūc versuz ꝗm translationem patris Hieronymi recipere:qui ⁊ ꝓpter hebraicā veritatē sequendus est:⁊ nexū nobis ambiguitatis absoluit. Egyptus ⁊ ethiopia:pro incolarū suoꝝ tenebrosa nigredine semp in malo ponuntur. Quē figura dicit̃ Synēdoche:id est:a parte totū.

SCHE — Significat enim mūdū:qui denſis tenebris vitioꝝ a diabolo premebat̃ obnoxius. Dic dñi clarificatus lumine:ad eterne vite meruit munera peruenire. Cōmonet ergo ꝓpheta gentiū pplos:vt offerant velociter ex egypto deo munera:hoc est:animas suas mundana sordē purgatas. Ethiopia quoqz festinet manꝰ dare deo. Metaphora a bellātibus tracta:qui ne cruideliter intereant:manus suas victoribus dedunt:vt armis depositis periculuz mortis euadant:sic ethiopia cōmonet̃ ne se tardet deo tradere:quatenꝰ victa floreat que in sua libertate sordebat.[Regna terre cantate deo: psallite domino.] Hanc quoqz partem pulchra exhortatione cōclusit:dicens enim: Regna terre:omne genus humanum significare voluit:qz ꝛz sint gentes que nō habeant reges:tamen hoc verbo cōcluditur quicqd gentiū esse sentitur. Quod dicit: Cantate:ad anime respicit puritatē: Psallite ad operas sanctissimas que dño ꝓbantur accepte.[Psallite

Al. celuz celi ad orientem Al. voci sue — deo qui ascendit super ꝗcelos celoꝝ ab oriente. Ecce dabit ꝗvocem suam:vocem virtutis sue.] Post quinti diapsalmatis iterpositionē:ꝓpheta venit ad sextā partē admonens fideles vt deo psallant:qui resurrexit a mortuis. Nam cui deo psalleret̃ exponit̃: Qui ascendit super celos celoꝝ:dñs vtiqz iesus qui de celo descendit ad liberandaz infirmitatis nostre naturam:ipse etiam super celoꝝ celos ascendit:qui sedet

IDI — ad dexteraz patris. Considerandū aūt est q̄ frequēter in scripturis diuinis:plurali numero celos dictos

Deū. 4. — inuenses:dum legat̃. In principio fecit deus celuz ⁊ terrā:cum tamen pluraliter dicti:⁊ celi legant̃ ⁊ terre. Modus enim iste locutionis latius patet:vt abusiue singularia plurali numero dicamꝰ:⁊ pluralia singulari. Ab oriente vo qō dixit:hierosolymā euidēter ostendit:que est in oriētis partibus collocata:vñ dominus apostolis videntibus ascendit ad celos:terra multis plena miraculis:vbi fideliuz credulitas plus aspectibus q̄ lectionibus eruditur. De qua pulchre ac vere Leo pater apostolicus dixit: Et quod alibi nō licet nō credi:ibi non potest nō videri. Quid enim laborat intellectus:cui est magister aspectus: Et cur lecta vel audita sunt dubia:vbi se ⁊ visui ⁊ actui tota humane salutis ingerunt sacramenta: Unde nec illud quoqz iudico transeundum:qō illi triumphali ascensioni:illam quoqz imaginē tabernaculi:in epistola ad hebreos beatus apostolus Paulus mirabili-

Heb. 9. — ter applicauit dicens:Christus aūt assistēs pontifex futuroꝝ bonorum:per amplius ⁊ perfectius taberna-

culū nō manufactū:id est:nō huius creationis:neqz per sanguinē hircorum ⁊ vitulorꝝ:sed per ꝓpriū sanguinē introiuit semel in sancta:eterna redemptione inuenta. Et iterū: Nō enim in manufacta sancta Iesus introiuit exemplaria verorum:sed in ipsuz celū: vt appareat nūc vultui dei pro nobis. Sic igit̃ actus iste magnificus:qui nunc per gaudia p̄clara describitur:illo tabernaculo congrue prefiguratus esse monstratur. Sequitur:Ecce dabit vocem suā vocē virtutis sue. Hoc multis modis intelligi pōt. Dedit vocē suam:qm̃ paralytico dixit:Surge ⁊ ambula:quando laçarum suscitauit:quādo demonibus vt obsessos relinquerēt iperauit. Dabit etiā vocē virtutis sue:qm̃ in nouissimo die vt resurgat humanū genꝰ edixerit. Quid enim forti⁹ q̄ reuocare fauillas ad corpus mobile viuāqz subaz ⁊ nām illā mortalitatis ad eterne

Ioan. 5. — vite dona pducere: Sicut in euāgelio legit̃: Venient hora ⁊ qui sunt in monumentis:audient vocem eius:

Al. gloriam — ⁊ pcedent.[Date ꝗhonorem deo super israel:magnificentia eius ⁊ virtus ei⁹ in nubibus.] Adhuc in ipsis exhortationibus perseuerat. Cum enim dicit:Date honorem deo:ipsi magis vt honorentur hortatus est. Nam qui deo dat laudes:se facit esse laudabilē:sic ⁊ qui illi dat honorē:sibi conquirit sine dubio dignitatem. Super israel dū dicit̃:ecclesia catholica significatur:in qua deus vere ꝓspicit̃:dum recta fide sentitur. Israel enim interpretat̃:vir videns deum. Quapropter alibi nō pōt videri:nisi ibi vbi ei ꝓbatur verissime populus confiteri. Sequit̃: Magnificentia

INTER — eius ⁊ virtus eius in nubibus. Magnificentia pertinet ad illud:quia semp magna facit. Virtus:qm̃ imperio eius famulatur effectus. Omnia enim facit quecunq vult in celo ⁊ in terra. Sed ista magnificentia ⁊ virtus domini in nubibus esse dicit̃:nō in istis visibilibus:que aut aquas depluunt:aut corpulenta qualitate densant̃. Sed aliquas potestates designat supna ratione pollentes:que iussis dñi intellectuali condi-

Isa. 5. — tione famulant̃:de quibus dictuz est:Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Multis enim significationibus sermo iste repletus est:quod etiam respicit ad apostolos ⁊ ꝓphetas.[Mirabilis deus in sanctis suis:deus israel.] Ecce ne nubes illas intelligeres aereas:dicit:Mirabilis deus in sanctis suis:siue in angelis:siue in hominib⁹ qui eius iussionib⁹ obsecūdāt. Iterū geminat:Deus israel:vt in bominū cordibus infigeret:vbi deus mirabilis appare-

Al. plebi — ret.[Ipse dabit virtutē ⁊ fortitudinē ꝗplebis sue:benedictus deus.] Ne quis de humana imbecillitate diffideret:nec se crederet ad tanta premia peruenire:veraci promissione firmatur:qz dominus dabit fidelibus suis virtutem patientie:⁊ fidei fortitudinē: vt possint ad eterna premia peruenire. Et vt designaret euidentius qui possit dare:que superius dixit. Addidit:Benedictus deus:id est:qui oium ore semp̄qz debeat benedici:vt sicut nunq̄ beneficijs cessat:ita ⁊ bñdictiones semp accipiat. Nō enim duob⁹ verbis laudez eius credamus breuiter explicandam. Nam ⁊ qui scripturas eius meditat̃ benedicit dominum: ⁊ qui iussa ipsius sancta operatione compleuerit benedicit dominum:⁊ qui ei fideliter confitetur benedicit dominuz. Sic fit vt breuis ista laudatio:totius vite nostre tempore sub assiduitate soluatur.

Conclusio.

Cucurrit copiosus psalmus ingentiū more fluuioꝝ:qui quātū plus terras occupāt:

tanto amplius agros fecundant. Fluuius qui nõ ore sed magis aurib⁹ hauriat: fluuius qui potest mẽte nõ corpore: fluui⁹ qui sine aliquo humore semp irrigu⁹ est: puros sensus inebriãs: ⁊ peccatis ebrios ad sobrietatẽ mentis adducens. Aqua que simul sitim tollit ⁊ famẽ: que nõ digestionib⁹ effundit: sed pcepta semp augeť. Oremus: vt iste nos fluuius sine intermissione possideat. Nõ erimus arena sterilis: sed ager fecũdus: si bñficio dñi alueus eius nos semp teneat occupatos. Memẽto tũ ꝙ hic psalmus: ascensiones dñi mirabili pre ceteris fulgore descripsit.

Explicit expositio in psalmũ. 67m.

¶ In finẽ pro his qui commutabuntur Dauid. LXVIII.

Saluum me fac deus: qm̃ intrauerũt aque vsq ad aiam meam. Infixus sum in limo pfundi: ⁊ nõ est substãtia. Ueni in altitudinẽ maris: ⁊ tẽpestas demersit me. Laborauí clamãs rauce facte sũt fauces mee: defecerũt oculi mei dũ spero i deũ meũ. Multiplicati sũt sup capillos capitis mei: qui oderũt me gratis. Cõfortati sũt qui pscuti sunt me inimici mei iniuste: que nõ rapui tũc exoluebã. Deus tu scis isipientiã meã: ⁊ delicta mea a te nõ sunt abscondita. Nõ erubescant in me qui expectant te dñe: dñe ꝟtutũ. Nõ cõfundant sup me: qui querunt te de⁹ israel. Qm̃ ꝓpter te sustinui oprobriũ: operuit ꝯfusio faciẽ meã. Extraneus factus sum fratrib⁹ meis: ⁊ peregrinus filijs matris mee. Qm̃ zelus dom⁹ tue comedit me: ⁊ opprobria exprobrãtiũ tibi ceciderũt sup me. Et operui in ieiunio aiam meã: ⁊ factũ est in opprobriũ mihi. Et posui vestimentũ meũ ciliciũ: ⁊ factus sum illis in parabolã. Aduersum me loquebant qui sedebant in porta: ⁊ in me psallebãt qui bibebãt vinũ. Ego vero orationẽ meã ad te dñe: tempus beneplaciti deus. In multitudine misericordie tue: exaudi me in ꝟitate salutis tue. Eripe me de luto vt nõ ifigar: libera me ab his qui oderũt me ⁊ de pfundis aquarũ. Nõ me demergat tẽpestas aque: neq absorbeat me pfundũ neq vrgeat sup me puteus os suũ. Exaudi me dñe qm̃ benigna est misericordia tua: ꝟ multitudinẽ miserationũ tuarũ respice me. Et ne auertas faciẽ tuã a puero tuo: qm̃ tribulor velociter exaudi me. In tẽde aie mee ⁊ libera eã: ꝓpter inimicos meos eripe me. Tu scis iproperiũ meũ ⁊ ꝯfusionẽ meã: ⁊ reuerẽtiã meã. In ꝯspectu tuo sunt oẽs qui tribulãt me: iproperiũ expectauit cor meũ ⁊ miseriam. Et sustinui qui simul cõtristaret ⁊ non fuit: ⁊ qui ꝯsolaret ⁊ nõ inueni. Et dederũt in escã meam fel: ⁊ in siti mea potauerũt me aceto. Fiat mensa eorũ coram ipsis in laqueũ: ⁊ in retributiones ⁊ in scandalũ. Obscurent oculi eorũ ne videant: ⁊ dorsum eorũ semp incurua. Effunde sup eos iram tuã: ⁊ furor ire tue cõprehendat eos. Fiat habitatio eorũ deserta: ⁊ in tabernaculis eorũ nõ sit qui inhabitet. Qm̃ quẽ tu percussisti pscuti sunt: ⁊ sup dolorẽ vulnerũ eorũ addiderũt. Appone iniqtatẽ sup iniquitatẽ eorũ: ⁊ nõ intrẽt in iustitiã tuã. Deleant de libro viuẽtiũ: ⁊ cum iustis nõ scribãtur. Ego sum pauper ⁊ dolẽs: salus tua de⁹ suscepit me. Laudabo nomen dei cũ canticoꝰ: ⁊ magnificabo eum in laude. Et placebit deo super vitulũ nouellũ: cornua pducentẽ ⁊ vngulas. Uideant pauperes ⁊ letent: querite deum ⁊ viuet aia vestra. Qm̃ exaudiuit pauperes dñs: ⁊ vinctos suos nõ despexit. Laudent illũ celi ⁊ terra: mare ⁊ oia reptilia in eis. Qm̃ deus saluã faciet sion: ⁊ edificabunt ciuitates iude. Et inhabitabunt ibi: ⁊ hereditate acquirent eam. Et semen seruorũ eius possidebit eam: ⁊ qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

In finẽ: ad dñm respicere saluatorẽ nullus ignorat: qui in hoc psalmo suam narraturus est passionem: ita vt eius verba: ⁊ euangelica testet auctoritas: ⁊ de eo apls sumere doceat exemplũ. Legit enim in euãgelio: Et dederũt in escam meam fel: ⁊ in siti mea potauerũt me aceto. Et alibi: Zelus dom⁹ tue comedit me. Apostolus quoq paulus ait: Fiat mẽsa eorũ coram ipsis in laqueũ: ⁊ in retributionẽ: ⁊ in scandalũ: obscurent oculi eorũ ne videant: ⁊ dorsum eorũ semp incurua. Quos versus hic positos: memor lector inenies. Unde ꝗs dubitare possit hũc psalmũ passioni dñi ce cõuenire: cui talis ac tãta in hũc itellectũ suffragatur auctoritas. Sequit: Pro his qui cõmutabũtur. Ista igit cõmutatio: significat pplos christianos: qui veteris hois pravitate deposita: in noue regnãtionis sunt munere cõmutati. Pro his aũt: qõ dictũ est: intelligẽdũ est: qm̃ reuera passio dñi pro cunctis fidelibus collocata monstrat. Dauid quoq subiunctũ est vt ⁊ finis ⁊ initiũ dño chro cõgrueret: sicut ipse de se dicit: Ego sum alpha ⁊ o: initiũ ⁊ finis. Sic toti⁹ psalmi virtus tituli huius dispositione declarat. Memẽto autẽ quartũ hũc esse psalmũ: qui passionẽ resurrectionẽq dñicam latius eloquunt. Diuisio.

Actenus diapsalmatũ beneficio diuisiones intrepidus annotaui: sciens segregationẽ ibi merito poni: vbi silẽtia diuina puenerunt. Nunc aũt oremus dñm: vt qui donat in terra viã: ipe in abyssis cauta prestet itinera. Per totũ psalmũ (sic diximus) ex

forma serui loquit christus. Primo capite deprecatur: vt saluus fiat a patre: qm̃ gratis a iudeis multas tribulationes in secutione sq perpessus est. Scõo capite: postulat a parte mẽbrorũ: ne decipiat spes fidelium in eius resurrectione cõfisa: oia se dicens equanimiter sustinuisse: que iniqui videbant ingerere. Tertio precat: vt ipsius exaudiat oratio: quatenus de luto huius seculi eius cõuersatio immaculata liberetur. Scire nãq dicit deũ quãtis inimicorũ appetat insidijs: vt vsq ad passionis exitũ machinato discrimine pueniret. Quarto: virtute prescientie sue que contingere poterant inimicis ventura pnuntiat. Quinto: a forma serui se pauperẽ pfitet: vnde ⁊ laudes se dicit redditurus paterne clementie: hortans fideles vt in dño debeant confidere: qui ecclesiam suam de mundi istius aduersitate liberauit: ⁊ sanctis suis in ea perenni felicitate pspexit. Expositio.

Saluũ me fac deus: qm̃ intrauerunt aque vsq ad aiam meã. Deitatẽ christi ipa, fibilem cuncta mentis sanitas confitet: sed assumpsit infirmitatẽ nostram que subiacere potuisset exitio: Ex ipsa nũc dispensatione clamat: Saluũ me fac deus: vt qr mortẽ refugere nõ debuit quã volũtarie sustinebat: resurrectionis auxiliũ humanitas eius exposcit: vt celerius fieri salua potuisset. Passus est enim ille qr voluit: patiunt martyres ⁊ nolentes. Sic enim ipse dominus Petro dixit aplo: Cum senueris alius te precinget ⁊ ducet quo tu nõ vis. Nũc causa reddit quare se saluũ fieri postulabat: scilicet qm̃ intrauerunt aque vsq ad aiam meã. Aquas: pro seditionibus plebis motuq populoꝝ debere suscipi sepius scriptura diuina testat: sicut est illud: Forsitan velut aqua absorbuisset nos. Et sequit: Torrentes pertransiuit aia nostra: forsitã pertransisset aia nostra aquas intolerabilẽ. Quapropter populus ille iudaicus: vsq ad aias dñi saluatoris intrauit: qm̃ eum crucifigere scelerata mente presumpsit. Infixus sum in limũ profundi: ⁊ nõ est substantia. Ueni in altitudinẽ maris: ⁊ tempestas demersit me. Primo sciendũ est schema esse Characterismos: que latine iformatio vel descriptio nuncupat. Passionẽ ꝓpe suam venturas quibusdã allusionibus dñs describere comprobat. Sed hunc versum subtiliter inquiramus: qr nõ parue pfunditatis esse dinoscit. In illa cõditione rerum de limo qdem terre hoiem deus creauit: sed non de pfundo. Facti sunt aũt hoies limus pfundi: qm̃ ⁊ originali ⁊ quotidianis peccatis tenentur obnoxy. Per hunc limum pfundi infixus est dñs: qm̃ dementiũ turba iudeorũ clamabat: Crucifige crucifige. Quorũ caro originali peccato dedita limus erat: sz scelerata calidi tas pfundi sibi nomen adiecerat. Limus enim dicto est: quasi ligans humũ. Sequit: Et nõ est substantia. Omne malũ suba nõ est: qr substantia dici non põt que a dño creata nõ est. Nõ enim subsistit sed accidit: nec extrinsecus manet sed tm̃ videt esse dus pro uenit. Ueraciter ergo negat substantiã fuisse vitiatã naturam quã a se nouerat nõ creatam. Sic ⁊ in alio psalmo legit: Et substantia mea tanq̃ nihil ante te est. Nõ illa vtiq quã deus creare potuit: sed que diabolo suadente vitiata succubuit. Siue illud simpliciter debemus aduertere: crucifixus sum iniquitate iudeorũ: ⁊ nõ est carnis virtus euadendi mortiferã passionẽ. Addidit: Ueni in altitudinem maris ⁊ tẽpestas demersit me. Ille qui super maria fixis gressib⁹ ambulauit: qui petro deterrẽ ne mergeret extendit: quẽ admodũ se tẽpestate dicit esse demersum. Hic altitudo maris: copiosam ppli significat insaniã. Idem tẽpestas est: seditio cõcitata dementius. Ipsa enim demersit dñm saluatorẽ: qm̃ eus peruenire fecit ad crucem. Laborauí clamãs rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dũ spero in deũ ꝟiuũ. Querẽdum est quẽadmodum hic dicit: Laborauí clamans: dũ legat in euangelio: Nõ respondebat eis verbum. Qõ Isaias quoq dicit: Sicut ouis ad occisionem ductus est: ⁊ sicut agnus coram tondẽte se sic nõ aperiet os suũ. Utrũq vex: vtrũq cõpletũ est. Nã ⁊ tacuit cũ traderet: vt eius dispositio ad mundi salutarẽ terminũ pueniret. Et oino clamabat: cũ dicebat: Pater iuste mundus te nõ cognouit. Uel illud: Pater si fieri põt trãseat a me calix iste. Et iterũ: Pater ignosce illis: qr nesciunt qd faciũt. Nam ⁊ illo tempore laborãs clamauit qm̃ dicebat: Ue vobis scribe ⁊ pharisei. Ue mũdo ab scandalis: ⁊ his similia. Laborabat ergo clamans: qm̃ nõ audiebat a perfidis. Labor enim inauditũ significat clamorem: qr laborare illos non dicimus: quos votũ suum ipleuisse testamur. Denique sic sequitur: Rauce facte sunt fauces mee. Raucedo qm̃ fauces nostras possidet: vba nostra ad alienas aures cõfusa peruenũt. Merito ergo dicit fauces suas raucas esse factas: qr dicta eiꝰ nequaq̃ sacrilegus populus audiebat. Adiecit: Defecerunt oculi mei dum spero in deum meũ. Oculos istos carnales defecisse credamus dño: qui morte cõclusi sunt: qr cordis oculos in sua deitate semp intẽtos habuit qui nunq̃ carnis lege peccauit. Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderũt me gratis. Scimus capillos nostros ad decorẽ capitis esse concessos: Sic ecclesie apostoli sunt tributi: vt sicut cesaries ornat caput: ita ⁊ oes fideles decorare pbent ecclesiam. Ergo vt ostẽderet plus esse numerũ infidelium q̃ deuotorũ: dicit multiplicatos esse perfidos iudeos supra numerũ capillorũ: id est: recte credentiũ. Qõ si ad litteram velis accipere: per Auxesin dictũ est: vt per hoc turbam iudaice multitudinis indicaret. Sequit: Qui oderunt me gratis. Gratis plane: qm̃ illum persecuti sunt quẽ ppitium optare debuerunt. Gratis enim tunc odisse dicimur: qm̃ quẽpiam sine aliqbus offensionib⁹ execramur: sicut ⁊ in 34° psalmo iam dictũ est: Qm̃ gratis absconderũt mihi interitũ laquei sui. Confortati sunt inimici mei qui ꝟme persequunt iniuste: que non rapui tunc exoluebã. Superius dixit: super capillos capitis multiplicatos inimicos: ⁊ ne crederes tm̃ eos inumeros: nõ etiam noxios fuisse: addidit: Cõfortati sunt: qm̃ id qõ conabant efficere probant impleſse. Et vt illos inimicos sua culpa cognosceres excitatos: adiecit: Qui me persequũtur iniuste: hoc est: qõ superi⁹ dixit: gratis. Reuera iniustum fuit: vt qui venerat ad iudaicos populos saluandos: eos potius inuenisset inimicos. Subiunxit: Que nõ rapui tunc exoluebam. Rapuit Adam suasus a diabolo: qm̃ hoc qõ ille preceptũ inhibuerat presumpsit attingere. Et merito morte damnat⁹ est: qr vite delegit cõtemnere preceptorẽ. Christus aũt peccata non rapuit: delicta nesciuit: ⁊ tm̃ crucẽ quasi aliqõ delictũ ppetrasset excepit: ⁊ soluit pro nobis qõ pro se iuste nõ pertulit: ⁊ vt nostre mortis chirographum vacuaret: ipse totꝰ culpe psoluit debitã quãtitatẽ. Deus tu scis insipiẽtiã meã: ⁊ delicta mea a te nõ sũt abscõdita. Uenit ad 2m caput: vbi iam loquitur pro parte membrorũ.

Joan. 21.

Pslm. 123.

Alt. limo

SCHE

SCHE

Joan. 19.

ETY

Apoc. 4

Pslm. 58.

Isa. 53.

Joan. 17.
Mat. 26.
Luc. 23.

Matth. 25.
Ibidem. 19.

Pslm. 34.

Alt. persecuti sunt

1.Cor.1. Insipiēs enīz esse nō pōt christus. De quo dicit apls: Dei virtutē ⁊ dei sapientiā. Sed insipientiam habere pro illis dicit: qui sicut a it titulus: cōmutati esse noscunt. De insipientibus enīz facti sunt vere sapiētes: qz recte religionis gratiam post magna crimina
Ibidē perceperunt. De gbus idē dicit apls: Que stulta sunt huius mundi elegit deus vt cōfundat sapientes. Simili mō pro suo corpe caput loquit christus dicens:
DOG Delicta mea a te nō sunt abscōdita. Certuz est enim qz deo manifesta sunt cuncta que agim⁹: ⁊ nobis plerūqz ignota sunt que culpis surripientibus perpetra
Pso.18. mus. De humana quippe ignorantia dictū est: Delicta quis intelligit? Merito ergo ad illos referenda sunt delicta ista: qui absoluēdi sūt debitis suis. Dñs
Joan.14. aūt christus peccata nō habuit: sicut ipse dicit: Ecce veniet pnceps mūdi hui⁹: ⁊ nō inueniet in me qcq.
Isa.53. De quo ⁊ Isaias dicit: Peccatū nō fecit: nec dolus inuentus est in ore eius: Sed magis: sicut dicit apls:
2.Cor.5. Eum qui nō nouerat peccatū: pro nobis peccatū fecit: id est: pater filiū suū hostiā pro peccatis cōstituit immolandū. Qō pater Augustinus in libro enchiridion subtiliter cōprehēdit atqz disseruit. Quapropter insipiētiam vel delicta: a parte membroz posita debemus accipere. Que figura dicit Tapinosis: id est:
SCHE humiliatio: cum verbis humillimis rei minuit magnitudo. [Nō erubescant in me: qui te expectant domine ✝deus virtutū. Non ✝reuereant super me: qui ✝requirunt te deus israel.] Ecce versus iste declaraAlt. dñe
Alt. pfundāt
Alt. querunt
uit a membris dictuz: qō superius ait. Precat enim iesus christus ne de ipso erubescant qui resurrectionem eius gloriosō desiderio sustinebant: quaz carnalibus oculis nō poterant intueri: sicut ipse dñs dixit:
Mat.13. Multi pphete ⁊ iusti cupierunt videre que vos videtis: ⁊ audire que auditis. Petit ergo ifirmitas carnis: ne aliter eueniat: qz spiritus sanctus predixerat per pphetas. Cum enim dicit: Dñe deus virtutum: ostendit impossibile nihil esse oipotentie ipsius. Nā qui virtutibus imperat: nō est qō nō pro sua volūtate perficiat. Et intende quēadmodū ad resurrectionis mysteriū transferat. Dicit enim: Nō reuereant super me qui requirunt te deus israel: id est: non humanas insultationes diutius de mea dormitione sustineant: qui te requirere comprobant. Et bene addidit: Deus israel: vt qui diuinitatē eius poterāt intue-
Alt. sustinui opprobriū
Alt. cōfusio ri: nō seducerent infirmitate carnali. [Qm propter te ✝supportaui improperium: operuit ✝reuerentia faciem meam.] Redit ad personam suam per hos sexversus pene vsqz ad finez diuisionis: enumerans diuersa cōtraria que pertulit a iudeis. Qō schema dici
SCHE tur Synatrismos: latine cōgregatio: vbi multas res ad inuidiā faciendā in vnum cumulū cōgregamus. Supportauit enim improperium: cum ei dicebat a
Mat.12. iudeis: In Beelzebub eycis demonia. Et alibi: Et ec
Ibidē.ii. ce homo vorax ⁊ potator vini: publicanoz ⁊ peccatoruz amicus. Et alibi: Nonne hic est fabri filius: ⁊ his
Mat.13. similia. Sequit illud qō solet euenire in bono negocio laceratis: quos tanto amplius cōstat ad tempus tristes effici: quanto in se cognouerint iniqua confin-
Alt. pegrin⁹ gi. [Extraneus factus sum fratribus meis: ⁊ ✝hospes filys matris mee.] Judeos hic appellat fratres: qui erant ei sanguinis vicinitate cōiuncti. Quibus extraneus factus est: qm ei credere noluerunt. Nam cum ipse esset de semine abraam ꝟm carnez: illi malis operibus abdicati a patriarche sunt oziginе segregati: si-
Joā.8. cut ait in euangelio: Si filij abrae essetis: opa abrae fecissetis. Adiecit: Et hospes filys matris mee. Hospitem dicimus quēlibet domum nostram ad tēpus habitantē: qui nō noie cōsanguinitatis: sed tanctē peregrinus excipit. Matrem vo suā synagogam dicit: de qua oztus est cū in iudea gēte nasci dignatus est. Filios ergo matris ipsos dicit: quos superius dixit ⁊ fratres. Sed isti fily si fuissent veri: nō vt hospitem habuissent: sed vt fratrem charissimū suscepissent domīnū christum. [Qm çelus domus tue comedit me: ⁊ opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt super me.]
Ipsa est sententia quam euangeliste cōmemorant. Quapropter nullus ambigat hunc psalmū passionis
Joā.1. dominice predicere veritatē: qm ⁊ incarnatus dei filius ipsa verba locutus est. Cōmedebat enim eum çelus domus dei: qm funiculo facto cathedras vendentium colūbas ⁊ nummularioz mēsas euertit: docēs aliud esse templū sanctū: aliud negociatiōis officiū. Sed istum çelum qō fuerit cōsecutū patenter adiūgitur. Et opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt super me. Nam postctē indigni salutaribus monitis increpabant: opprobria supra eum quasi conferta tela miserunt: vt pro admonitionibus sanctis vicissitudi
Luc.4. nem redderent iurgioz. Dicebant enim: Nonne hic
Joā.9. filius marie est ⁊ ioseph? Et in alio loco: Hunc autez nescimus vnde sit: ⁊ his similia: que insana iudeorū turba loquebatur. Sed qō dixit: Exprobrantiū tibi: querendū est quare dicat patri exprobratum: duz nō legamus a iudeis tempore passionis domini christi
Pso.77. tale aliquid perpetratū? Sed exprobratum est patri ab eis: sicut in 77° psalmo dicturus est. Et male locuti sunt de deo: ⁊ dixerunt: nungd poterit deus parare
Exo.31. mensam in deserto? Uel qm insani de formato vitulo dicebant: Hi sunt dy tui israel: qui te eduxerūt de terra egypti. Unde nunc recte christus dominus dicit cecidisse supra se opprobria que deo patri anteriozibus tempozibus exprobrabant: vt ex consuetudine magis impia: ctē hoc nouiter aligd putares effectuz. Sequitur: Ceciderunt super me: vt effectum mortis ostenderet: quem crucis dignatione suscepit. Tunc enim cadunt super nos mala: quando ea vitare non possumus. [Et operui in ieiunio aiam meā: ⁊ factum
DEF est in opprobriū mihi.] Ieiunū dicimus quotiens a cibis carnalibus abstinemus: nec' esuriem nostram aliqua comestione satiamus. Ad quā similitudinē ieiunasse se dicit dñs christus: qz boium fidē quaz valde
Pso.34. esuriebat minime poterat inuenire: sicut ⁊ in 34° psalmo dictū est: Ego aūt cū mihi molesti essent induebam me cilicio: ⁊ humiliabā in ieiunio aiam meam.
Eodem modo ⁊ sitire se dixit: qm ad samaritanā ve-
Joā.4. nit ⁊ aquā petyt dicens: Sitio: da mihi bibere: id est: vt fidē ab ea quā querebat agnosceret. Sed qz ieiunū istud ab humana indeuotione trahebat. Operui dixit aiam meā: quasi aliquo pallio tristitie circū dedi. Sequit: Et factū est mihi in opprobriū. Semper boni malis opprobrio sunt: qz minime eoz scelerib⁹ acquiescūt: dū illis studiose detrahunt: quibus nulla societate iungūtur. Testant enim ista opprobria: alapas: flagella: ꝓsputa: que iesus saluator ab insana plebe perpessus est. [Et posui vestimentū meū cilicium:
⁊ factus sum illis in parabolā.] Per cilicium: tristitia significatur ⁊ lachryme: quando dñs humani generis imbecillitate per motus suscitaturus Lazarū fleuit. Nusqctē enim legit dñm vsum fuisse cilicio. Factⁿ est quoqz iudeis in parabolā: qm per similitudines quasdam carnaliter populum vocere videbatur: sicut in

euangelio legit: Dixit dñs parabolā ad turbā. Et in
Pso.77. alio psalmo. Aperiā in parabolis os meū. Parabola
DEF est enim: natura discrepantiū rerū sub aliqua similitudine facta cōparatio: more ꝓuidentie sue: vt qui celestia capere nō poterant: per terrenas similitudines audita ꝓcipere potuissent. [Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta: ⁊ in me psallebant qui bibebant vinum.] In portis sedent: qui cōuentibus bominū sedula curiositate miscent. Nam sicut per trāseuntiū ⁊ redeuntium turbas porta excipit: ita diuersa trivia vel platee populoz numerositate cōplent.
ETY Porta qppe dicta est: qō inde portent oia. Dicit enim passione sua gētis iudaice fuisse fabulā: vt nullus excipere⁹ qui a tali collocutione redderet alienus. Testis est huius cause ille locus euāgely: vbi Cleophas
Luc.24. a dño: necdū reuelato interrogatus est: ⁊ ille respondit: Tu solus peregrinus es in Hierusalē: ⁊ nō cognouisti que facta sunt in ea in diebus his. Omnes enim ciues: eandez fabulā habuisse monstrant: qm peregrinus dicit qui hui⁹ cause putabat ignarus. De opprobrys ac conuitys iudeoz hactenus est locutus: nunc quātū mihi videt de fidelibus dicit: Et in me psallebant qui bibebant vinū. In deo psallunt: qui actione ꝓbabili dirigunt: ⁊ operibus reddunt que monitis celestia mandata suscipiant. Naz vt hoc de fidelib⁹ intelligere deberemus: ait: Qui bibebant vinū. Uinū nō ebrietatis: sed illud spiritale: de quo legit: Po-
Pso.22. culum tuū inebrians ctē preclarū est. Ipsi enīz psallebant: qui per intelligentiā supernaz salutari nectare potabant. Aly hoc iudeis perfidis applicant: qui qsi impleta cogitatione sua de nece dñi temulentissime garriebant. [Ego vo orationē meam ad te dñe: tēpus bnplaciti deus. In multitudine misericordie tue.]
Uenit ad tertiū caput: vbi ꝓtra maledicta iudeoruz orationis sue exposuit sanctitatē celestis doctoz: insinuans iurgys boium: nō inflammatis rixis: sed pys orationibus obuiandū. Uideamus nunc qd fit tempus beneplaciti. Illud tempus est bnplaciti: qm icarnationis sue bnficio: periclitantem mundū ab imminenti liberauit exitio. Hoc tempus est bnplaciti: de
1.Cor.6. quo ⁊ apls ait: Ecce nūc tēpus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Tempus qō vicit omnia secula: tempus qō mundum reparauit labentem: tempus qō eternitatem contulit ⁊ salutem. Sed hoc tempus quo mō puenerit: decenter exponit. Ait enim: In multitudine misericordie tue. Nam si multitudinis misericordia non fuisset: nequactē redimi poteramus obnoxy. Non enim parua misericordia fuit: que tam ingētia peccata superauit. Multitudo quidem fuit delicti: sed multo numerosior misericordia illa que vicit: si-
Pso.50. cut ⁊ in 50mo psalmo dictū est. Et ꝟm multitudinē misericordiarum tuaz dele iniquitatem meam. [Exaudi me in veritate salutis tue.] Cōmemorato tempore misericordie: quo passione sua salutez mundo prestitit: cōsequens fuit vt ⁊ resurrectionem sibi euenire precaret quā in veritate pollicitus fuerat per prophetas. Precat ergo patrem nō natura diuinitatis qua ei semper equalis est: sed ifirmitas assumpti bo-
Alt. infigar Alt. ab his g oderunt Alt. pfundis minis in qua minor est patre. [Eripe me de luto vt non ✝inheream: libera me ✝ex odiētib⁹ me ⁊ de ✝profundo aquarum.] Per assumpte carnis infirmitatē: in qua miseria iaceat genus humanum potenter exponit. Docemur enim vt bisdem vbis ⁊ nos deuz rogemus: quibus caput nostruz exorasse cognoscimus. Hoc plane subtiliter perscrutandū est: quare se superius infixū limo dixerit: ⁊ hic ne in ipso herere possit exorat. Infixus vtiqz limo fuit: qm suscepte carnis infirmitate tenebat: vn etiā mortem crucis accepit. Hic aūt cōpetenter exposcit vt aia eius a desideryis luteis: id est: huius mundi cupiditatibus reddat alienа. Qō bene suscipit a parte membroruz: qz ille luto inherere nō poterat: qui peccati maculam nō habebat. Libera me ex odientibus me. Istud ad iudaicū populū manifestū est pertinere: qz resurgēte christo eoz odia frustra euanuerunt. Nam qō dixit: De profundo aquarū: ad populū ipsum nō est dubium pertinere: qui ⁊ profundus erat malignitate cōsily: ⁊ seditionibus turbulentus. [Nō me demergat tempestas
lis tui in dijs dñe: ⁊ non est ꝟm opera tua.
Omnes gentes quascũq̃ fecisti venient ⁊
adorabũt coram te dñe: ⁊ glorificabunt no-
men tuũ. Qm̃ magnus es tu ⁊ faciẽs mira
bilia: tu es deꝰ solus. Deduc me dñe in via
tua ⁊ igrediar in veritate tua:letet cor meũ
vt timeat nomen tuuz. Confitebor tibi dñe
deꝰ meus in toto corde meo: ⁊ glorificabo
nomen tuum in eternum. Quia misericor-
dia tua magna est super me: ⁊ eruisti aiam
meã ex inferno inferiori. Deꝰ iniqui insurre
rũt super me: ⁊ synagoga potẽtiũ quesie
runt aiam meã: ⁊ nõ ꝓposuerunt te in ꝓspe
ctu suo. Et tu dñe deus miserator ⁊ miseri
cors: patiẽs ⁊ multe misericordie ⁊ verax.
Respice in me ⁊ miserere mei: da imperiũ
tuũ puero tuo ⁊ saluũ fac filiuz ancille tue.
Fac mecũ signum in bonuz vt videant qui
oderunt me ⁊ cofundantur:qm̃ tu dñe ad-
iuuisti me ⁊ consolatus es me.

Ratio: nomẽ omonymũ est:cuiꝰ etymo- ETY
logia est:oris ratio. Que quãdo inter hu-
mana iudicia dicit: a disertis artificiosa
ninis subtilitate componit:quando deo
fundit: simplici atq̃ humili supplicatio-
ne proferẽ. Sed hec humilitas atq̃ puritas deprecatio-
nis sancto vbo sic cõuenit:si duas naturas in chrio
dño:vt mater docet ecclesia: ꝓfiteamur pfectas atq̃
verissimas:id est:dei ⁊ hominis. Tunc eniz veraciuꝫ
verboꝝ:nulla cõtrarietate turbabimur:si sanctis ꝓ
prietatibꝰ apta reddamus. Nã si vis nosse potentiaz
deitatis eiꝰ:audi euangeliũ: In ꝑncipio erat verbũ:⁊ Joan.i.
verbũ erat apud deũ:⁊ deus erat verbuz:hoc erat in
ꝑncipio apud deũ. Oia per ipm facta sunt:⁊ sine ipso
factũ est nihil. Et si vis infirmitatez hominis cogno
scere:audi Paulũ aplm docentẽ: In similitudinẽ ho Philip.2.
minũ factꝰ ⁊ habitu inuẽtꝰ vt homo:humiliauit seip̃z
factꝰ obediẽs vsq̃ ad mortẽ:mortẽ aũt crucis. Et iõ
qm̃ a pte humilitatis sue loquit: dñitatis fragilitas
nõ putet:qꝛ sic humana extulit: vt nullatenꝰ diuina
minuerit. Idez ḡ atq̃ vnꝰ dñs chrs orat:qꝛ filiꝰ pris
est. Orat:qꝛ filiꝰ hois est. Inde creator:hic creatꝰ. In-
de dñs:hinc Kuus. Hinc mortalitatis nr̃e ꝓceps:inde
mortis ipsiꝰ interemptor. Hinc est qõ per libros diui
nos:aptissimis locis duas optiones suas semp ostẽ-
dit. Qõ si hoc deuotus lector fideli mẽte seruauerit:
oia veraciter tibi ꝓstare posse cognoscis. Illud prete-
rea debemus agnoscere firmoq̃ animo cõtinere:qõ
oratio quãdo a dño chrio fundit: institutio est sancta
fideliũ:forma bonoꝝ: sincere humilitatis exẽplũ:cũ
a subiectis agit:satisfactio delictoꝝ:ꝓfessio criminũ:
lauacra culparuz. Ibi magisteriũ est docẽtis:hic abo
litio postulat erroris. Nã sic innocens orauit:quẽad-
modũ ⁊ crucẽ sine aliqua culpa sustinuit. Lacrarum
ploraui:vt nobis prximi oñderet charitatẽ. Persecu
tores fugit:vt nobis audaciã icõsulte temeritatis au
ferret. Hec eni ⁊ his sil'ia quidẽ doctor effecit:qua-
tenꝰ ⁊ veritatẽ sancte icarnatiõis oñderet:⁊ futuris
manicheis ceterisq̃ talibus obuiaret. Dauid aũt:qõ
positũ est: dñz significat saluatorẽ: siue ga iterptatio
eiꝰ (vt sepe dcm̃ est) manuforis ac desiderabilis ha
bet: siue qꝛ ex eiꝰ gnõne descẽdit. Humanitate.n.eiꝰ
est filiꝰ: diuinitate dñs ⁊ creator. Qõ si ℔ gubernacu
lũ ꝑpudens nauta reliqueris:in aspꝛimas cautes:na
uim tue fidei sine dubitatiõe ꝓstringes. Et nota qm̃
hic psalmus secũdus est:qui oꝛonis titulo ꝑnotat.

Diuisio.

Per totum psalmũ orat dñs chrs. In ꝑma
sectione dicens:que ipsi tm̃ pbabant apta
ri. Secunda:pro membris suis quoq̃ ipse
caput

caput est humilius deprecatur. Tertia: ex sua iteruz
persona reloquitur:quod ad euz specialiter itelligas
pertinere. Sed hec omnia vnus atq̃ idẽ deus homo
loquit chrstus. Expositio.

Alt.inops Inclina dñe aurez tuam ad me ⁊ exaudi
me:qm̃ egenꝰ ⁊ pauper sum ego. ⌋Ex for
ma serui (sicut prefati sumus) Chrs oi-
potenti supplicat patri: vt eius exaudiat
oratio. Nam qõ dicit: Inclina: ostẽdit ga
se ad ipsum extendere nõ poterat humana conditio:
nisi ipse suam maiestatẽ pyssimus inclinaret. Aurez
enim dicit:nõ istã corpoream: sed auditũ illum spiri
SCHE tualem:quo petentiũ vota cognoscit. Nam per Tro-
pologiam talia de deo dici: frequẽti expositione iam
nota sunt. Exaudi autẽ me: significat vt mea deside-
ria compleant:quatenus resurrectiõe ego quoq̃ sal
uus fiam:cuius morte mundũ constat esse saluãduz.
Dicẽdo enim: egenum se esse ⁊ pauperẽ:conditionez
quã susceperat humanitatis ostendit:que ex se nihil
habere potest: nisi qõ largitate diuinitatis acceperit.
Audiant egeni ⁊ pauperes: suoscq̃ animos tali gloria
consolent:quãdo rerũ dñs hoc de se dicit:qõ pusilla-
nimes frequenter applicanduz putant esse miserys.
Sed nec illos excludit: qui in diuitys suis pura dño
mẽte famulant. Egenus eni ⁊ pauper dei est: quisqs
Emeruerit mũdi istiꝰ puer sitrate vacuari. ⌋Custodi ani
Emam meam quoniã sanctus sum: saluuz fac seruum
Etuũ deus meꝰ spantẽ in te. ⌋Potenter exequit qui sit
egenus et pauper:scilz dñs chrs: qui se veraciter san-
ctũ dicit:ga mundi istius illecebras celestis vite con
uersatione calcauit. Audiãt apollinariste habere ani
mam dñm chrm: ⁊ perfecti dominis sumpsisse natu-
ram:quia nõ poterat nõ habere eam:ad quã speciali
ter probatus est venisse saluandaz. Nemo enim libe
rat qõ de peruasoris potestate non eripit: ⁊ si non sit
apud defensorem qõ vindicat: captiuitatis suscepte
conditio perseuerat. Et respice:q̃ salutaris nobis for
ma proposita est. Ille qui se veraciter dixerat eẽ san-
ctum:⁊ a mundi illecebris alienuz: saluum se a diui
nitate fieri deprecat: vt nos instrueret salutẽ nõ esse
in humanis viribus cõstitutã:sicut ⁊ ꝓpheta Diere- Diere.17.
mias dicit: Maledictus homo qui spem suaz ponit
Ein homine:⁊ a deo recedit cor eiꝰ ⁊c. ⌋Miserere mei
Edñe:qm̃ ad te clamaui tota die. ⌋Unus atq̃ idẽ deꝰ ⁊
homo chrstus iesus:misericordiam petit:qui miseri
cordiam donat: docens perseuerantia deprecationis
pietatem dñi modis omnimodis impetrandaz:sicut
Luc.18. ipse in euangelio docet: Bonum est orare ⁊ nõ defi-
cere. Audiant hunc locũ:qui penitentiaz agere in vi
te sue termino praua voluntate desperant:⁊ se ad ex
cusandas excusationes impia voluntate conuertũt:
cum in euangelica lectione cognoscãt latroni affixo
iam cruci momentanea celeritate subuentum:⁊ cete
ra similia:que textꝰ scripture diuine ad spem nutriẽ
dam mortalium mirabili benignitate cõcedit. Sem
per supplicare nos decet: qui frequenti culpa delin-
quimus. Inestimabile malum est: ipsos homines spem
sibi saluberrimaz tollere:cum diuina clementia sine
cessatione nos sibi iubeat supplicare. Petamus hoc
⁊ etate florida:petamus in iuuẽtute positi: petamus
et in occidua senectute pducti. Nunq̃ cessare debet
a precibus qui punienda prauitate peccauit: ne dum
tempus supplicationis querimus:misericordiam do
mini nobis tali persuasione tollamus. Nam cum di-
citur: Tota die:totius vite tempus ostenditur:vt per
multa tempora annorũq̃z curricula quasi vnius diei
continuus clamor esse monstret. Magna siquidem
voce ille clamat ad dñm: qui quãuis lingua taceat:
Ebonis tamẽ operibus perseueranter exclamat. ⌋Le-
Etifica animam serui tui: qm̃ ad te dñe leuaui animã
Emeam. ⌋Jocũdari petit animam suaz fons hylarita-
tis ⁊ origo letitie: ab illa scilicet parte qua seruus est.
Seruum se enim merito dixit: qm̃ ex virgine Ma-
ria natus est: que se pfitet ancillã. Nã dum ei ange-
lus ex ipsa nascituꝝ christũ dñm nũtiaret: illa respo-
dit: Ecce ancilla dñi: fiat mihi ꝟm verbum tuum: si- Luc.1.
cut ⁊ in alio psalmo dicit: Ego seruus tuus ⁊ filiꝰ an- Ps.115.
cille tue. Letificari ergo petit animaz suam: quia nõ
eam deorsum inclinauit ad terram: sed leuauit sem-
per ad dñm vbi est vera letitia:⁊ sine fine securitas.
Sic caput ecclesie referens gesta propria: membris
Eceteris donauit exempla. ⌋Quoniã tu dñe suauis ac Alt. et multe
Emitis es: ⁊ copiosus in misericordia oib̃ inuocãtibꝰ misericordie
Ere. ⌋Non substãtialiter:qõ nulla potest creatura com
prehendere:sed per quintam speciẽ definitionis:que
grece dicit Cata antilexin:pulcherrime nobis osten- DEF
ditur quid sit deus. Suauis:quia post amaritudinez
huius mũdi dulcis est ad se recurrẽtibus. Mitis:qꝛ
diu sustinet peccatores. Copiosꝰ in misericordia:ga
lz sint nostra numerosa peccata:multo abundantior
est pietas:que tot relaxat offensas. Restat vt ei iugi-
ter supplicemus:quãdo euz audiuimus:omnibus in-
Euocantibus se nõ negare presidiũ. ⌋Auribus percipe
Edñe orationem meam: ⁊ intende voci deprecationis
Emee. ⌋Intueamur q̃ cõuenienter orationis istius or
do decurrat. Prius enim fuit vt vox supplicationis
ascẽderet: ac deinde rogatus audiret. Percipe vocẽ
dicitur: nõ aliquid transitorie postulatur:sed in illiꝰ
maiestatis finibus mauult recondi: quemad modu
per aures ab homine memorie pbatur infigi. Addi-
tum est: Intende voci deprecationis mee: vt intẽtus
animus aperiret auditum. Quod totum per allego-
riam dicit: vt potentia diuinitatis per humanas con
Esuetudines intimetur. ⌋In die tribulationis mee cla
Emaui ad te: ⌋quoniam exaudisti me. ⌋Cum superius Alt.quia
dixerit: Clamaui ad te tota die: hic quoddam facere
videtur magne petitionis augmentũ: dicẽdo: In die
tribulationis mee clamaui ad te. Naz lz a sanctis vi
ris iugiter a dño supplicetur: in tempore tamẽ tribu-
lationis enixꝰ petit: quando subuenire necessarie po
stulatur. Considerandus est autẽ hic modus locutio IDI
nis:qui in scripturis diuinis frequentissime reperit:
vt ideo se dicat clamasse: quoniaz exaudita est: dum
clamor precedat vt deꝰ possit audire. Que figura di-
citur Anastrophe: id est: peruersio: que fit quotiens SCHE
Eaut sensus:aut vba pro aliquo decore vertũtur. ⌋Nõ
Eest similis ⌋tibi in dijs dñe: ⁊ non est ꝟm opera tua. ⌋ Alt.mi.
Magna laus breui definitione conclusa est. Dicẽdo
enim: Non est similis tibi in dijs: idola significat pa
ganoꝝ: que adhuc in mundo nefanda deuotione co-
lebantur:sicut ⁊ alibi dicit: Quoniam omnes dij gen Ps.95.
tium demonia. Potest hoc ⁊ ad homines aptari: qui
dij vocati sunt. Sed inspice quia nõ dicitur quid sit
deus:sed ei similis abnegat. Que species definitiõis
grece dicit ΚΑΤΑ ΑΦΑΙΡΕΣΙΝ ΤΟΥ ΕΝΑΝΤΙΟΥ: lati-
ne per priuantiã cõtrary eius qõ definitur. Addidit
quoq̃z: Et non est ꝟm opera tua: id est similis. Et hoc
quoq̃z coma: sub illa quaz superius dixit definitione DEF
complexus est. Quis enim vt ille fecit celũ terrãq̃z:
vel omnia que in eis sunt momentanea possit celeri

Etate pficere:aut eoꝝ existentias continere:¶ Omnes
Egentes quascũqꝫ fecisti veniẽt ꝛ adorabunt coꝛam te
Al. glorifica bunt. Eoñe:ꝛ ⁊ honorificabunt nomen tuũ.¶ Quꝫ adhuc sola
esset gens iudaica que vnũ deuꝫ colere videbat: pdi
cat omnes gentes que idolis tenebantur obnoxie ad
culturaꝫ eiꝰ esse venturas:qꝛ piem vere colit qui ho
norat ꝛ dñm chm: errorẽ eoꝝ omnino destruẽs qui
putant per vniuersum mundũ religionẽ dñi nõ esse
diffusam. Dicendo enĩ: Omnes gẽtes quascũqꝫ feci
sti:absolute,pbat vniuersitatẽ:quia nulla gẽs existit:
Pso.145. nisi quaꝫ iple plasmauit. Sicut alibi dicit: Qui fecit
celum ꝛ terram:mare ꝛ omnia que in eis sunt. Addi
dit quoqꝫ:Et honorificabũt nomẽ tuũ.¶ Quꝫ deo dici
tur:ꝛ honorificabũt nomen tuuꝫ:figuralr significat:
honorabũtur deuoti ex nomine tuo: qꝛ cultus homi
num nõ facit honorabilẽ deũ quẽ constat honorum
Eoium pculdubio largitorẽ.¶ Quoniaꝫ magnus es tu
Et faciens mirabilia:tu es deus solus.¶ Hymnũ deita
tis quẽ superiꝰ incheoauit:istiꝰ versus finez conclusit.
Isa.14. Nam ꝛ diabolus magnũ se putauit:quãdo dixit:Po
nã sedẽ meã ad aqlonez ꝛ ero silis altissimo: ꝛ supbi
bodieqꝫ cũctis se estimãt grãdiores. Sꝫ magnꝰ dici
vere non põt nisi deꝰ solus:cuiꝰ ptãti nuliatenꝰ valet
aliqd comparari:qui nulla mutabilitate pseuertit:sed
semp in nature sue glie pseuerat. Addidit:Et faciẽs
mirabilia tu es deꝰ solus. Cũ legamus ꝛ magos pha
raonis miracula diuersa fecisse: hic dr: qꝛ ipse solus
miracula possit efficẽ. Ueriloquũ dictũ:si qlitatẽ rei
vbi ipsius veritate pẽsemus. Illa enĩz vere nequeũt
dici miracula que ad nullã vtilitatez simulata dece
ptis oculis blãdiunt. Solus enĩ dcm est:qꝛ sancta tri
Deut.6. nitas vnꝰ est deus:psonis tm distincta:nõ nature dis
cretiõe separata:sicut ꝛ alibi dictũ est: Audi israel dñs
deꝰ tuus dñs vnꝰ est. Sic ꝛ Isaias dicit: Qm iustꝰ es:
Al. ingrediar Et nõ est deꝰ pter te.¶ Deduc me dñe in via tua:ꝛ tam
Ebulabo in veritate tua:letetur coꝛ meum vt timeat no
mẽ tuũ.¶ Oratione decursa: ꝛ laude diuinitatis cõpe
tẽter ipleta: venit ad secũdã sectionẽ in qua pro mẽ
bris suis orat: vt eis dñs profutura pcedat. Dũ dicit:
Deduc me dñe in via tua:adhuc ibi non fuisse mon
strat:ꝛ hoc dño chto nõ põt conuenire:cũ ipse dicat:
Joan.14. Ego sum via veritas ꝛ vita. Sꝫ hoc magis pgruẽter
accipit a pte fidelium:quoꝝ caput est dñs: qui nisi de
ducant in viaꝫ:id est:in chm: in veritate videlꝫ am
bulare nõ pnt. Sequit: Letetur coꝛ meũ vt timeat no
mẽ tuũ. Quid sit timor dñi:mirabili ordie declarat.
Nã in timore isto mũdano pcedit pus causa piculi:
aut alicuiꝰ angustie:in timore aũt dñi pmittit letitia
cordis: vt aliqs ad eiꝰ timoris dulcedinẽ venire me
reat. Et reuera talẽ decet hre introitũ:quẽ ad salutẽ
suã humanitas sentit indultũ. Dũc iudicẽ qui formi
dauerit reus est:illuꝫ qui timuerit sanctꝰ est. Et ideo
vtraqꝫ miscẽda sunt:vt ꝛ sub spe timeamus: ꝛ sub ti
Ps.2. more letemur:sicut in alio psalmo legit: Seruite do
Emino in timore:ꝛ exultate ei cum tremore.¶ Confite
Al. glorificabo. Eor tibi dñe deꝰ meus in toto corde meo:ꝛ ⁊ honorifi
cabo nomẽ tuũ in eternũ.¶ Hoc cõpetenter de omni
dr christiano:qꝛ illa est vera cõfessio:que toto pmit
Deut.6. mẽtis arcano:sicut ꝛ lex docet:Diliges dñm deũ tuũ
ex toto corde tuo:ꝛ ex tota aĩa tua. Sed ꝛ ille ex toto
corde pfitetur:qui totã spem suã ponit in dño:nec in ca
ducis seculi solatys psumit cuꝫ se ad dñm vniuersa
mẽtis integritate trãstulerit. Nã qõ addidit: In eter
nũ:illud significat:qm iter sanctos eiꝰ laudes dño iu
giter psonabit:dum in illa beatitudine pmia,pmissa
Erecepit.¶ ⁊ Qm misericordia tua magna est sup me:ꝛ
E ⁊ eripuisti aĩam meã ex inferno inferiori.¶ Et pfessio
laudis offert:ꝛ misericordie causa subiũgit. Dicẽdo
enĩ:Qm magna est misericordia tua sup me:bñficiũ
magnũ nescio qõ edicit. Subiũgendo aũt: Eripuisti
aĩaꝫ meã ex inferno inferiori: causa bñficij declarat.
Sed pfideremus:qꝛ cũ dicat:infernũ inferiorẽ:iferi
nũ demõstrat esse supius. Argumẽta talia in topicis TOP
dicunt pugata:que orta ab vno noie varie cõmutan
tur:vt hic positũ est:infernũ inferiꝰ. Infernuꝫ vo nõ
irrõnabiliꝰ fortitan arbitramur esse sub terris: cuꝫ in
Numeri.16. vetere testamẽto de Dathan ꝛ Abyron legat: Aperuit
se terra ꝛ deglutiuit eos:ꝛ viui descenderunt ad infe
ros. Sꝫ quo itinere illuc aĩe trãsferant:qm in aucto
ritate diuina nõ legit:hẽmus incertũ. Infernũ autẽ Luc.16.
hẽre inferiorẽ partẽ:euãgelij locus ille testat:qui di
cit:cũ impiũ diuitem vltrix flãma torqueret:leuasse
oculos suos ꝛ in sinu abrae vidisse laçarũ. Uñ appet
vtroqꝫ apud inferos fuisse:vt se vidẽ valuissent: ꝛ il
lũ ex inferiore loco ad superiora oculos eleuasse. Sed
Iꝫ vtriqꝫ apud iferos esse viderent: p meritoꝝ tñ dis
cretione superiorẽ locũ sanctis:inferiorẽ pctoribus:do
ctor Augustin estimat deputandus. Uñ nũc gratias
agẽs fidelis pplus:dicit aĩam suã ab inferno inferio
Al. iniqui Erit:id est:penali esse liberatã.¶ Deꝰ ⁊ iniusti insurrexe
Al. qsierunt Erunt super me: ꝛ synagoga potentiũ ⁊ ingsierũt aĩam
Al. te in con spectu tuo Emeã:ꝛ nõ pposuerũt ⁊ deũ ante pspectũ suũ.¶ Uenit
ad tertiã sectionẽ:vbi passionis sue mysteriũ: ꝛ gliaꝫ
resurrectionis exponit. Loquit enĩ deꝰ homo:ex fo
ma serui per id qõ de vgine natus est. Cũ dicit: Inin
stos:significat iudeos:qui ei reddiderunt mala,p bo
nis. Qõ aũt ait: Sup me:vt reũ scilꝫ dicerẽt inocen
tẽ:regẽqꝫ suũ plebs insana trucidaret. Synagoga vo
potentiũ:pgregatio supboꝝ est:que beluino fremitu
ꝛ dolosa machinatiõe pfilij iustitiã abijciẽtes: aĩam
eiꝰ adimẽ quesierũt. Addidit qõ sceleratis solet sem
per mentibꝰ puenire. Quia nõ pposuerunt deũ ante
pspectũ suũ. Nã quicũqꝫ facinus perpetrat:deũ ante
pspectũ suũ oimodis nõ pponit. Qm si illum credat
Al. mitem/ sericordie Epsentem:ptinus a cogitato facinore reuocat.¶ Et tu
Eõñe deꝰ miseratoꝛ ꝛ misericors:patiens ꝛ ⁊ multũ mi
DEF Esericors ꝛ verax.¶ Per singula vba laudis: maiestas
pẽna definit. Que spes duodecima definitionis est:
quã greci Cata epenon:latini per laudẽ dicũt. Mise
ratoꝛ enĩ est:qꝛ singulis rebꝰ misericordiaꝫ facit. Mi
sericors:qꝛ semp pia est ipa natura deitatis. Patiẽs:
qꝛ pctores sustinet:ꝛ ad votũ pversionis iuitat. Seq
tur: Et nimiũ misericors. Quod ideo tale vbuꝫ adie
cit:qꝛ ibecillitas nra ipsam plus semp accipit:cũ eaꝫ
frequẽti remissione pmereꝰ. Intulit: Et verax:quia
nescit pmissa sua aliqua ibecillitate subducere. Qõ
tñ de pze sic dr: vt totũ iesse ꝛ in filio ꝛ in spũ sancto
Al. imperij tuum. Esentiamus.¶ Respice in me ꝛ miserẽ mei:da ⁊ ptãtez
Epuero tuo ꝛ saluũ fac filiũ ancille tue.¶ Misericordẽ
pzez ꝛ patientẽ ꝛ veracẽ a parte qua passus est filiꝰ ro
gat vt respiciat in eum:ꝛ celerrima illi resurrectione
subueniat. Sic enĩ misertꝰ est vt in ipso illã naturaꝫ
mortalẽ in gloriã resurrectionis ꝛ eternitatis euebe
ret:qõ tñ sic a pze postulat fieri: vt a se factũ esse de
Joan.2. claret. In euãgelio quippe sic ait: Soluite templum
hoc:ꝛ in triduo edificabo illud. Qõ ne aliter potuis
Joã.5. set intelligi:euangelista subsequit. Hoc aũt dicebat
de tẽplo corpis sui. Sequit: Da potestatẽ puero tuo:
illã scilꝫ quã ipse testatur: Pater nõ iudicat quenq:
sed omne iudiciũ dedit filio. Puer aũt in scripturis
sacris:

sacris: ppter innocentiaꝫ mentis sepe ponit chs: vt
Isa.9. Isaias dicit: Qm puer natꝰ est nobis ꝛ filiꝰ datus est
Ibidẽ.42. nobis. Et iterũ: Ecce puer meꝰ suscipiam eũ: electus
meꝰ cõplacuit sibi in illo aĩa mea. Addidit: Et saluũ
fac filiũ ancille tue. Ancille vtiqꝫ: qꝛ de maria semp
virgine erat veraciter ꝛ ppe nasciturus: que sicut su
periꝰ diximus: angelo sibi partũ annũtiante: dñi se,p
Al. non hẽt Efiteꝰ ancillaꝫ.¶ Fac mecũ ⁊ doño signũ in ⁊ bono vt vi
Al. bonũ Edeant qui me oderũt ꝛ pfundant: qm tu dñe adiuui
Esti me ꝛ cõsolatus es me.¶ Signũ dicit ab eo:qꝛ ven
tura significet: ꝛ ex hoc qõ videt quiddaꝫ nos aliud
sentire cõmoneat. Et ideo illuꝫ euentuꝫ Ione possu
mus hic fortassis aduertere: qui triduo in ventre ce
ti demoratus: ad similitudinez dñice resurrectionis
Matth.12. est in littore saluus euomitꝰ. Nã ꝛ in euãgelio ita di
ctũ est: Bñatio mala ꝛ adultera signũ querit: ꝛ signũ
nõ dabit ei: nisi signum ione pphete. Uides ḡ aliud
eẽ negatũ: sꝫ hoc tantũ mõ cõprõmissum. Possumus
ꝛ hoc signũ qõ fieri postulauit: ad resurrectionẽ eius
cõpetẽter aptare: maxime cũ sequat: In bono. Quid
enĩ illo bono pstãtiꝰ: quo vtus dina declarata: ꝛ spes
credentiũ veraci pollicitatiõe firmata est: Sequit:
Ut videãt qui me oderũt ꝛ pfundant: iudei scilicet
qui oderũt chm: quos petit resurrectiõis miraculũ
videre: vt eoꝝ duritia se debeat imutare. Cõfundan
tur enĩ: ad bonũ respicit: qm qui hic de suo malo con
fundit: in meliorem partem sine dubitatiõe trãsfer
tur. In isto quippe seculo si pfundimur emẽdamur:
qui aũt fuerint pfusi in illa iudicatiõe dãnant. Addie
cit: Qm tu dñe adiuuisti me: ꝛ consolatus es me. Dic
ordo vboꝝ talis est: vt videãt qui me oderũt: qm tu
dñe adiuuisti me ꝛ solatꝰ es me: ꝛ pfundant scilicet
quãdo me viderint eẽ gliosuꝫ: quẽ illi despiciẽdũ eẽ
putauerunt. Adiuuisti: ptinet ad ꝛdictionẽ altercan
tiũ ꝛ ad iniusta certamina iudeoꝝ: in qbꝰ illi semper
veritatis testimonio supabant. Cõsolatꝰ es: ad perse
curiones seuissimas insanoꝝ: quas ille velut tẽpesta
tis ipetũ patiẽtissime sustinebat. Conclusio.

Cõsideremus dñi saluatoris a pte qua pas
sus est qꝫ humilis ad patrez
fundat oratio: qui oimodis peccata nõ habuit: sꝫ in
formãs imbecillitatẽ nrã: eripi se ab huiꝰ seculi pe
riculis postulauit. Quapropter erubescat humana te
meritas esse supba: que se nõ dubitat reã. Chs,p ini
micis orauit: mortẽ patienter excepit: ꝛ nos iniurias
nostras vlciscĩ volumus: si detrahentũ sermonibus
appetamur. Det ipse patiẽtie munꝰ: qui donauit exẽ
pluꝫ: vt eius vestigia sequentes mortiferos vitare va
leamus errores.

Explicit expositio in psalmum.85m.

¶ Filijs chore ps cantici. LXXXVI.

Fundamẽta eius in mõtibꝰ san
ctis: diligit dñs portas sion sup
oia tabernacula iacob. Gloriosa
dicta sunt de te: ciuitas dei.

Memor ero raab ꝛ babylõis:
sciẽtiũ me. Ecce alienigene ꝛ tyrus ꝛ ppls
ethiopuꝫ: hi fuerunt illic. Nunquid sion di
cet hõ: ꝛ homo natus est in ea: ꝛ ipse funda
uit eaꝫ altissimus. Dñs narrabit in scriptu
ris pploꝝ ꝛ principũ hoꝝ: qui fuerũt in ea.
Sicut letantium oium: habitatio est in te.

Propter memoriã reparandam breuiter
cõmoneamus que sepe iaꝫ dicta sunt: qꝛ
pene in nullã vtilitatẽ putaꝰ eẽ narratuꝫ
quicquid fuerit in abolitionem trãsmis
suꝫ. Filij chore: significãt fideles christia
nos: qbus ppheta ciuitatẽ dei pdicat: vt eis tãte glo
rie maior augeat affectus. Nã cũ dicit: Filijs chore:
ostẽdit ipsis dicendũ: nõ ipsos esse locuturos. Sequi
tur: Psalmus cantici: vt de hui seculi tabernaculis:
ad itelligẽtiã supne ciuitatis eleuemur. Psalmꝰ enĩz
de supiorib ꝰ sonans: cõmonet nos celestia cogitare: ꝛ
in eis hymnica exultatiõe gaudere. Diuisio.

Reuis gdez psalmus: sed duobꝰ diapsal
matibus cognoscit esse diuisus: quã nos
ppositi nostri memores suis quodãmo
do diuisionem terminis explicamus. In
pma pte: ppheta loquit ad fideles: cele
ste pdicans ciuitatẽ. Scõa: dñs saluatoꝛ eã diuersoꝝ
nominũ allusione creditura esse pnũtiat: increpans
synagogã quare ipsa nõ cognouerit deũ: duꝫ ei fides
gentiũ deuota crediderit. Tertia parte: ppheta ver
sũ futuri seculi beatitudinem tangit: sic distincta
permutatio personarũ caliginem nobis cunctaꝫ con
fessionis abstergit. Expositio.

Fundamẽta eius in montibꝰ sanctis.¶ Cõ
suetudo humane cogitationis est: vt cuꝫ
se copiosa perscrutatiõe collegerit: in ali
quã partẽ sue deliberationis erũpat. Ta
le enim hui ꝰ psalmi videt initiũ: vt cum
adhuc prophęta de ciuitate dei nulla pmiserit: ita de
fundamẽtis eiꝰ disserere videat: quasi aliqua de cul
mine ipsiꝰ ante iam dixerit. Nouus ordo factꝰ est lau
dis eximie: vt de fundamentis ciuitatis supne pphe
ta sumere videret initiũ: quatenus magna soliditas
totiꝰ culminis appareret: cuiꝰ prius fundamenta lau
data sunt. Nõ imerito: qm fundamentũ eius christꝰ
est dñs: qui sic ecclesiã suã pstinet: vt nulla possit qual i.Cor.3.
satione titubare: sicut dicit aplus. Fundamentũ enĩz
aliud nemo põt ponere pter id qõ posituꝫ est: qõ est
chs Jesus. Merito ergo ab ipso sumpsit exordiuꝫ:
quẽ rerũ omnũ pstat esse pncipiũ. Josephꝰ quoqꝫ: si
cut a quodaꝫ dcm est: vernaculus iudeoꝝ: in libro 8°
antiquitatũ: titulo 3°. multa de tẽpli cõstructione lo
cutus est: qõ a salomone fabricatũ eẽ dinoscit. Nos
enĩ ꝛ tabernaculũ qõ eius imago pmitus fuit ꝛ tem
plũ ipm fecimus pingi: ꝛ in pandecte nro corpe gran
dioꝛe legim ꝰ collocari: quatenus qõ scripture diuine
textꝰ de ipsis eloquit: oculis redditũ clariꝰ pãderet.
In montibꝰ autẽ sanctis: significat aplos ꝛ pphetas:
qui soliditate fidei: ꝛ excellẽtia sanctitatis mõtes vo
cant. Merito ergo tali vocabulo nuncupati sunt: in
Equibus est vera dei ecclesia constituta.¶ Diligit do
Eminus portas sion: super omnia tabernacula iacob.¶
Ecce iam de illa ciuitate loquitur: cuius ante funda
menta laudauit. Que figura dicitur Anastrophe: id CHE
est: inuersio: quotiens ea que superius dicenda sunt:
ponunt inferiꝰ. Dicit enim: Diligit dñs portas sion. INTER
Sion: sicut sepe diximꝰ: mons est hierosolymitanꝰ:
interpretatꝰ specula: per quẽ hierusalẽ illa futura de
cẽter aduertit. Cuiꝰ portas diligit dñs: id est: fidem:
charitatẽ: baptisma: penitẽtiã: ꝛ qcqd in illã ciuitatez
acqsitos pplos introm ittit. Siue vt qdã volũt: duo
deciz aplos significant: quoꝝ sancta predicatio fide
libꝰ eterni regis palatia reseauit. Studiose vo per
grendũ est qõ addidit: Sup oia tabernacula iacob.

Tabernacula iacob:significant ecclesiā catholicam: que modo ꝓstruit. Nec ꝓtra seculi hui⁹ aduersitates expeditionali semp exercitatiōe ꝓfligit. Et qm̄ ista: future illi⁹ hierusalē portat imaginē: vbi est beata vita:eterna felicitas: merito supra istaz illa spūalis diligi dicit:in qua iā nihil ꝓfusionis: nihil pturbationis esse declarat. Et intuere qz illa sic plus amari predicit: vt z ista sine dubio diligi sentiat. [Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.] Moze suo futura pro preteritis ponit. Naz ista ciuitas in secunda parte:dñi attestatione laudabit:de qua merito gloriosa dicta referunt que creatoris sui cognoscitur voce predicanda.

Alt. sciētius Alt. illic [Memor ero raab z babylonis: †scientib⁹ me. Ecce alienigene z tyrus z populus ethiopū: hi fuerunt †in ea.] Scōa pars psalmi hui⁹ velut quedā nubes apit: de qua dñs tonās fidelib⁹ recordationis sue munera pollicet: significās per allusiones nominū eos de varys gentib⁹ colligēdos. Raab:meretrix fuit:que exploratores Jesu naue ad hierico veniētes occulte suscepit:z per aliā partē ne deꝑhenderent emisit. Cui⁹ vocabulū significat supbiā: que diuina largitate conuersa dñi meruit ipetrare clemētiā. Nec ergo figurā gestat ecclesie: que suscipiēs aias supbie vitio pericli tātes:a lio itinere:id est:humilitatis z patiētie dimittit ad vitā. Babylon quoq; ciuitas est mūdi:que confusio iterpretat. Indicat eni seculi isti⁹ populos:qui pbrosis idolis cecatis mētib⁹ seruiebant:sed miserico rdia dñi illuminati facti sunt christiani. Nec ergo dicit raab z babylonis se memorē:id est:mūdi istius pplos:qui tū ad ei⁹ se culturā humiliter trāstulerūt. Sic pharisei supbientib⁹ in euāgelio ipse respōdit: Amē dico vobis qz publicani z meretrices pcedent vos in regnū celoz. Segt: Ecce alienigene z tyrus z ppl'us ethiopū hi fuerunt in ea. In sensu eodē pseuerat. Alienigene sunt a iudaico pplo gdē extranei: sed illis nō credētib⁹ in penetralia ecclesie sunt recepti: sicut in actib⁹ aplōz dicit: Uobis gdez oportebat loqui verbū dei: sed qz reppulistis illud z idignos vos iudicastis eterne vite:ecce cōuertimur ad gētes. Tyrus significat angustiā: que de penitētiuz afflictione pcreat. Pplus ethiopū qui peccatoz fuerāt obscuritate teterrimi: sed in ista dñi ciuitate collecti sunt: de qb⁹ refulgētiū sanctoz numerus in illa pria cōpleatur. Ecce ipsa sunt que pdixit versus ille suplōz: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Nā quid gloriosius q̄ vt tanta fedita pus errantiū pplōz in vnā sancte ciuitatis pulcbritudinē ꝓueniret? Et memēto q genus istud locutionis scripture diuine ppriū esse iam diximus: sciliz vt per nominū iterpretatiōes volūtas possit intelligi dictiōis. [Mater sion dicet homo: z homo †fact⁹ est in ea: z ipse fundauit eā altissimus.]

Alt. Nūqd Alt. natus

Ecclesie catholice matrē synagogā fortitan hoc loco nō incōueniēter aduertimus: quā per sion montem frequēter intelligendū esse iam diximus: que ex maxima parte pplōz solū hoiem dicebat dñm saluatorem: qz deuz nec credere nec intelligere merebat. Et hic figēda est media:qm̄ illud qd̄ sequit:sensuz alterum videlicet intromittit. Sequit quippe: Et homo fact⁹ est in ea: qd̄ iā ꝓfirmatiue legendū est. Nō eniz hic sic dicit hoiez factū: sicut supius synagoga dixit. Illa eni errando solū hoiem putauit: nūc aūt dñs de se confirmat diffinitiua sentētia. Et homo factus est in ea: qm̄ reuera assumpta carne deus factus est homo: sicut z euangelista dicit: Uerbū caro factū est: id est: filius dei factus est homo: nō vt diuinitati aliqd imineret: sed vt humanitatis naturam quā liberare pdestinauerat dignāter cueberet. Et ne fortitan dominū christū crederes tēporalē: addidit: Et ipse fundauit eaz altissimus. Ille scilz qui tū putabat homo iesus chrs: synagogā ipse sua dispositiōe fundauit. Et nō solū legē per moysen dedit: verū etiā ante mundi initiū ipse noscit fuisse pncipiuz: sicut ipse in euangelio testat: Ego suz pncipiū: ppter qd̄ z lo quor vobis. Joan. 8.

INTER

Act. 13.

Alt. anth. 21.

Merito ergo dicⁿ est altissimus: vt nulla heresis patrē diceret eē maiorē. [Dñs narrauit †scri pturas populoz z pncipū: hoz qui fuerunt in ea.] Illa prenuntiat que sit ipse tēpore incarnationis de scripturarū veterū cōmemoratione dicturus. Cōmonet eniz frequēter in euāgelio: que de ipso pdixerit moyses: que pphete: vt z minus credentes instruerent: z se earū auctorē esse mōstraret. Ipsi sunt eni pncipes: moyses z pphete: qui fuerūt in synagoga: quozuz erat testimoniū narraturⁿ. Et ne alios pncipes fortassis aduertares: dicit: Dozuz qui fuerūt in ea: id est: in synagoga.

Alt. in scripturis

[Sicut letantiū omniū †nostrū: habitatio est in te.]

Alt. non hēt.

Uenit ad tertiā partē: in qua iterū pphēta loquitur: quā in vno versu z cepit z finit: breuiter cōprehēdēs qd̄ sermonib⁹ q̄uis lōgis nō poterat explicari. Que figura dicit Bracchyologia: id est: breuis locutio: cuz plura paucis amplectimur. Uis eni audire: q̄ sit incōprehēsibilis illa letitia: dicit apostolus: Quod nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in coz hois ascendit: que preparauit deus diligētibus se. Quapropter pulchre hic dictū est: Sicut letantiuz: quia non erit ipsa letitia qualis hic agit: vt modo filioz susceptione letemur: modo diuitiarum z bonoz munere gaudeamus: z cetera que exultationē faciūt: quādo magnis nisibus tēporaliter acquirunt. Sed illud tanto est maius: vt isti⁹ mūdi q̄uis plenissimū gaudiū vix aliqua imago aut similitudo futuri seculi eē dicat.

SCHE

i. Cor. 2.

Addidit: Omniū nostrū habitatio est in te. Omniuz nostrum: significat fideles: qui dñm christū aut venturuz aut venisse crediderūt. Habitatio est in te: ad hierusalem loquit: cui superius dixit: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Sed in hac habitatiōe instoz cessauit afflictio: Orare trāsit: sed laudare succedit. Perpetua securitas manet: qz puersitas nulla miscetur. Eterna letitia pseuerat: qm̄ nequaq̄ ꝓtrarietate aliqua ꝓstat eē violādā.

Conclusio.

Laudata est demōstratiuo genere ciuitas illa fidelium: nō tempozalib⁹ bonis: sed eterna felicitate mirabilis. De qua pauca visa sūt dici: z tū oīum animi ꝑbant stupore completi. Nec sigdem laus nō extendit argumentatione verboz: nec humana crescit industria: sed magna potius breuitate ꝓstringit: vt vel aliquid exinde capi posse videat. Beatus nimis qui illuc dño ducente peruenerit: vbi cogitatio cūcta vincit: quelibet desideria supantur: z qd̄ est dulcissime securitatis genⁿ: talis ibi felicitas accipit que nulla contrarietate perdat. Presta dñe: vt qd̄ hic verbis explicare nō possumus: ibi te donante cernamus. Ista quoq; hierusalē: que adhuc in terris est: z typū gerit illi⁹ celestis arcani: in secūda diuisione laudata est: merito vbi est tantarū reruz domiciliū visuale virtutū. Ibi eni piscinaz natatoriā in figura sacri baptismatis vt curaret ifirmos descendēs angelus cōmouebat. Ibi filloa iperāte dño: ceci tenebras lauit: z dānatis oculis lucis dona restituit. Ibi mēsa chri celestib⁹ plena delitys spūaliter saturabat aplos: z ne nos ab illa cena reliqueremur impasti: facer calix z cōmunicationē nobis prestitit z salutem. Ibi lapis durissimus: vestigia pij redēptoris ostēdit: qm̄ ante pilatū iudicē cōstitit audiendus. Ibi colūna religati in se dñi flagella testatur. Ibi spinea corona cernit: quā ideo salutari dño constat impositā: vt totius mundi aculei collecti frangerentur. Ibi arundo seruatur: que caput dñi percussit: vt ipsum esse initiū rerū terris oibus nūtiaret. Ibi crux illa salutis z glorie loci reuerentiā cōsecrauit. Ibi manet lancea que latus dñi transfozauit: vt nobis illius medicina succurreret. Ibi credētes bodie ipsius sepulchra viuificant. Ibi resurrectionis locus ad celos euebit corda fideliū. Ibi sion ille montiū precipuus: vbi residentibus discipulis in cenaculo clausis ianuis mirabiliter saluator intrauit: z cetera que diues illa patria domini passione promeruit. Sed cū tot miraculis decora resplēdeat: z in modū stellarū alterū possideat celū: quis eā audeat paruā dicere: que sanctissima fide orbis terminos probat implesse? Ibi siquidē humanū pascit aspectum: quod est credere beatorum.

Explicit expositio in psalmū. 86m.

Canticum psalmi filijs chore: in finez pro melech: ad respondenduz intellectus eman israelite. LXXXVII.

Domine deus salutis mee: in die clamaui z nocte coram te. Intret in conspectu tuo oro mea: inclina aurem tuam ad precez meā. Quia repleta est malis anima mea: z vita mea inferno appropinquabit. Estimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio iter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris quoz nō es memor amplius: z ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis z in vmbra mortis. Super me ꝓfirmatus est furor tuus: z omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum z non egrediebar: oculi mei lāguerunt pre inopia. Clamaui ad te dñe: tota die expandi ad te manus meas. Nunquid mor tuis facies mirabilia: aut medici suscitabūt z confitebunt tibi? Nūquid narrabit aliqs in sepulchro misericordiā tuā: z veritatem tuā in perditionem? Nunqd cognoscent in tenebris mirabilia tua: z iustitia tua in terra obliuionis? Et ego ad te domie clamaui: z mane oratio mea preueniet te. Ut quid dñe repellis orationē meā: auertis faciē tuam a me? Pauper suz ego z in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autez humiliatus sum z conturbatus. In me transierunt ire tue: z terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me sicut aqua tota die: circundederunt me simul. Elongasti a me amicū z proximum: z notos meos a miseria.

Cum memoriā tuaz studiosissime lector frequēti expositiōe formatā retinere nō ambigaz: quid significat canticū psalmi: filys chore: in finē: restat vt que noua sūt huius tituli sequētia perscrutemur. Melech: iterpretat chorus: diuina verba decātans. Subiecit: Ad respondendum: significans organa musica preuenisse: z chorū respondisse solleniter. Sequitur: Intellectus eman israelite. Eman interpretat frater eius. Quo vocabulo dñs chrs appellat eos qui eius preceptis operibusq; deuoti sūt: sicut ait in euāgelio: Ite dicite fratribus meis. Israelite: deum videntes: qd̄ vtiqz illis accidere manifestū est: qui per obedientie mysteriū sancta dñi luce radiant. Sed cū de passione regis chri sit psalmus iste dicturus: z ad imitationis exemplū trahat fidelissimos christianos: ideo premissus est chorus ad respondendū: vt sicut illi ex multis voci⁹ vnū ꝓcentū faciūt: sic chrs dño respōdeat deuotoz adunata collectio. Hi sunt etiā israelite: qui eius fratres nūcupari celesti largitate meruerunt.

INTER

INTER

Alt. anth. 20.

Diuisio.

Per totū psalmū: dñs saluator eloquit ad dispensationē qua passus est. In pma narratione pris deprecat anxiliū: per similitudines varias cōtemptū suū refert: quez illi illaturus erat populus iudeoz. Secūda: que sit passurus enumerat: asserens mortuos nō esse a medicis suscitādos: vt possint dño cōfiteri. Tertia narratione: negat misericordiā dñi sepultos edicere: aut pditos laudes dñi pconare: ppterea resurrectionē sibi celerrimā venire deprecat. In ozonis sue vo tramite pseuerās: loquit a pte mēbroz diuersas cōmemorās passiones: quas tā ipse ptulit q̄ eius plebs deuota sustinuit.

Expositio.

Domine de⁹ salutis mee: in die clamaui z nocte coram te.] In octuagesimo nono psalmo dixim⁹ oratorie chrm: per id qd̄ de maria virgine natus est: designās humilitatez imbecillitatis humane quā est dignatus assumere. Qui sili modo etiā hic cū patrem precatur: nobis quēadmodū supplicare debeamus ostēdit. Nam qui salutis sue deū pfiteē auctorē: oia que oportuerant dici plenissime ac breuiter explicauit. Sic magister optim⁹ frequēter admonē nō desinit: qd̄ humano nouit gsii pfuturū. In die aūt: letitiā significat: z nocte aduersitatez declarat: vt qm̄ vtrūq; tēpus humanā vitā cōplectit: iugiter se ad dñm clamasse declararet. [Intret oratio mea in ꝓspectu tuo inclina aurē tuā ad precē meaz †dñe.] Magna vtus hic sincerissime orationis ostēdit: vt vba veracia nō in auras tenues dissipent: sed quasi quedā pona ad conspectū dñi introire videant: z mādatū opus agere: quo caro nostra nō valet peruenire. Inclinat autē aurē suā dñs: cū misericors dignat audire nō ex parte corpulētie sue quā eū frequēter diximus nō bere: sed virtutis sue operatione mirabili. [Quia repleta est malis aia mea: z vita mea iferno †appropiauit.] Considerandum est: qd̄ nouo modo ideo se postulat audiri: qm̄ animā suaz malis dicit esse cōpletā. Malis vtiqz non suis: qui peccata nō habuit: sed delictis mūdi qb⁹ laborabat humanitas. Nec eni pius mistator ad aie sue molestiā traxerat: dū oib⁹ ꝓdolebat: sic

Alt. non hēt.

Alt. appropi quabit.

Psal.34. ⁊ in.34.° psalmo dixit. Retribuebant mihi mala pro
bonis:sterilitatez anime mee:nõ qz ipse sterilis erat:
sed qz de illoz icredulitate se phibebat esse iesunuz.
Pōt ⁊ ad huius ppriã tristitiam trahi:si B vbũ ad il
las iniquitates referas:quas ei iudaicus populus ife
rebat. Sequit: Et vita mea iferno appropiauit. Hoc
ad tẽpus gloziose pertinet passionis:sicut in euãgelio
Matth. 26. dicit. Tristis est aĩa mea vsqz ad mortẽ. Nam ppter
nos doluit: ⁊ mortẽ nostrã ppter nos excepit. ⌊Esti
matus sum cũ descẽdẽtibus in lacũ:factus sum sicut
SCHE homo sine adiutorio. ⌋Culpat eos:qui putabant euz
mortuũ fuisse cõmunit. Que figura dr Parabola:id
est:rerũ genere dissimiliũ cõparatio. Multuz enim
discrepãs fuit illã singularẽ ⁊ mirabilẽ passionẽ mo
rientib⁹ reliquis hoib⁹ cõparare. Qõ schema multos
vsus iferiores amplectit. Lacũ enim dixit:vel sepul
chri locũ:vel iferni altissimã pfunditatẽ. Sequitur:
Factus sum sicut homo sine adiutorio. Factus sum:
apud eos.i.qui deitatẽ eius insanis mẽtibus non cre
debant:qui putabãt eũ cum reliquis mortalib⁹ inte
Al. non hẽt risse. ⌊Inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormiẽ
Al. sepul- tes ⌉ piecti in ⌉ monumẽtis quoz nõ ⌉ meministi am
chris. Al. es mẽor- plius:z ipsi de manu tua ⌉ expulsi sunt. ⌋ Dic spãliter
Al. repulsi. designat personã suã. Solus eniz iter mortuos liber
fuit:qui ipsa quoqz mortis claustra ꝓfregit. Ipsi⁹ enĩ
Joã.10. tñ mors libera:qz ⁊ volũtaria fuit:qui potestatẽ ha
bebat ponẽdi animã suã:⁊ iterũ sumẽdi eã. Sed cuz
ille esset iter mortuos liber:estimat⁹ est tñ a demẽti
bus:sicut vulnerati dormiẽtes. Uere aũt dic⁹ est do
minus liber:qui humanũ gen⁹ liberare dignatus est.
Adhuc eniz de illis vanissimis dicit:q putabãt dñm
lancea vulneratũ:occisum pariter ⁊ sepultũ:sic quasi
vnũ ex hoibus sceleratis generali cõditione trãsisse.
Sz ad discretionẽ suã addidit:Quoz nõ meministi
amplius.i.de qbus nõ babes curã:qñ pctis facienti
bus a te reddunt alieni. Qõ etiã in alio psalmo de i
Psal.9. pys dicit: Peryt memoria eoz cuz sonitu. Addidit:
Et ipsi de manu tua expulsi sunt. Justa reddit pena
pteruie:vt qui dñm christũ sine adiutorio diuinita
tis esse putauerũt:ipsi a manu dñi pbarent expulsi:
dũ a gubernatione eius peccatis faciẽtib⁹ reddeban
Al. tenebro- tur exterores. ⌊Posuerũt me in lacu iferiori:in ⌉ tene
sis. bris ⁊ in vmbra mortis. ⌋Adhuc estimatiões referũ
tur dementiũ iudeoz. Lacus eniz:⁊ p iferno ponit:
⁊ p sepultura foueali:⁊ pro mundi isti⁹ pfundissima
calamitate sentitur. Qõ hic voluit itelligi:qz eũ per
secutores sui in abiectã mortis cõditionẽ posuerunt
vt q̃uis iniuste pbarẽt mortuũ nõ crederent vindi
candũ. In tenebris:id est:sub obliuionis cecitate de
relictũ atq̃ preteritus:quẽ nemo regreret:nemo sal
uaret. In vmbra mortis:peccatoz indicat locũ:quia
mors delinquẽtiũ vmbrosos ac tenebrosos patit ma
nes:dũ eis gaudiũ nõ relucet qui ppetua tristitie sue
Ps.16. obscuritate demersi sunt. Umbra vo ponit : ⁊ in bo
no:vt est illud. Sub vmbra alarũ tuarũ. Et alibi: Ui
Treñ.4. uemus in vmbra eius. Et ideo p locoz q̃litate: ver
Al. Sup me bũ hoc mltipharia significatiõe variat. ⌊ ⌉ In me cõ
pfirmat⁹ est firmata est ira tua:⁊ oẽs elationes tuas super me in
faroz tu⁹ ⁊ ⁊ duxisti. ⌋Sic putabãt illi qui in suã pernitiẽ poti⁹ pre
oẽs fluctus ualere pmissi sunt:qz per irã dei Jesus christ⁹ ad pas
tuos iduxisti sionis pericula pueniset:sicut euãgelista dixisse infi
super me. delẽ populũ refert. Eripiat eũ si vult. Sequtur: Et oẽs
Matth. 27. elationes tuas sup me iduxisti. Hoc adhuc dr quãtũ
ad deliberationẽ pertinuit nefariã iudeoz. Credeba
tur eniz de⁹ induxisse sup christũ elationes:id est:tam
plissimas idignationes:qñ eũ ptulit crucifigi: mortẽ
illã putãtes penalẽ:cũ dispẽsationis eius gloriã non
videret. ⌊Longe fecisti notos meos a me: posuerunt
me abominationẽ sibi. Tradit⁹ iũ ⁊ nõ egrediebar. ⌋
Uenit ad secundã narrationẽ:in qua per augmẽtum
moleſtiarũ:actũ sue memorat passionis. Nã cũ supe
rius dixerit pseculoz suoz nefandissimũ cõtemptũ
nũc dicit fugatorũ:significãs aplos. Notos enĩ ipsos
appellat:qui eũ pspicuis sensib⁹ cõspicere meruerũt.
Ille eniz oẽs notos babuit vtute diuinitatis sue:ipse
aũt sciebat a paucis. Isti ergo noti longe facti sunt:
qñ ipsius passione dispersi sunt:sicut legit. Percutiã Zach.13.
pastorẽ:⁊ dispergent oues gregis. In abominationẽ
vo tũc posit⁹ est:qñ preterẽutes scribe ⁊ pharisei cru
cifixo imputabãt dicẽtes: Uah qui destruit tẽpluz: ⁊ Mat.27.
in triduũ edificat illud ⁊c. Sequtur: Traditus sum:⁊
nõ egrediebar. Mirabilis subtilisqz sentẽtia. Tradi
tus est a iuda cohortib⁹ insanoz:sed se permittente
detẽtus. Sustinuit infirmas potẽtissimus dñs. Liga
tus est vinculis:qui loco nõ pōt claudi. Audiuit exe
crandas iniurias:quẽ angeli cũ tremore collaudant.
Uerũtñ nõ est egressus de illa nube corporis sui:nec
apparere voluit qd posset:qui totũ ptulit qõ crudeli
tas iudaice prauitatis igessit. Nõ est enĩ egressus qñ
minime qõ preualeret ostẽdit. Sue de custodia dic:
in qua eũ pōti⁹ Pilatus quasi hoiez retrusit iualidũ.
Al. lãguerũt ⌊Oculi mei ⌉ infirmati sunt:preiopia. Clamaui ad te
dñe:tota die expãdi manus meas ad te. ⌋Cuz oculos
corporales christi dñi nusq̃ infirmatos fuisse legeri
mus:multo magis nec iteriores ei⁹ egrotasse putãdi
sũt:qui semp sanctitate micuerũt. Restat vt oculos
christi aplos itelligere debeam⁹: qui in corpore ei⁹.i.
in ecclesia tãq̃ oculi celesti lumine viguerunt. Di tñ
ifirmati sunt preinopia:qz nec dũ acceperãt spũz san
ctuz:quo ꝓfortati postea nullatenus humana tormẽta
timuerũt. Inopia.n.dr ecõtrario:vbi nulla copia est. ETY
Additũ est: Clamaui ad te dñe tota die. Dic distictio
ponẽda est:vt ista cõtinuatio tot⁹ diei:ad clamorem
id est:orationem:⁊ bonoruz actuum operam debeat
pertinere. Expandi manus meas ad te:more suo ope
ras mauult intelligi:quas bonis semper actibus tetẽ
dit ad dominũ. Nam si hoc cruci (vt quidaz volũt)
putauerimus esse iungendum:que sequuntur omni
modis discrepabunt. ⌊Nunquid mortuis facies mi
rabilia:aut medici ⌉ resuscitabũt ⁊ cõfitebunt tibi. ⌋ Al. suscita-
Hoc sub negatione legendum est. Sed perscrutan bunt.
dum:quid dicit: Mortuis non facies mirabilia:duz
constat resuscitatos innumeros: Sed mortuis:id est
non credẽtibus mirabilia nequaq̃ fecit:dum eos ad
conuersionem perducere non potuit infidelitas sua.
Mirabilia enĩ illis fiunt:qui magnalia domini sub
credulitate conspiciunt. Sequitur: Aut medici resu
scitabunt ⁊ confitebuntur tibi. Et hoc dicitur negati
ue:quia medici quos credit humanitas artis benefi
cio salutem dare languentibus:mortuos resuscitare
non possunt:vt domino debeant confiteri:quãuis si
ne dei munere nec ipsam corporeã preualeant egris
tribuere sospitatem. Siue hoc magis subtilius intel
ligendum est:quia medici duz corporibus adhibeãt
curam:animas tamen peccatis mortuas resuscitare
non preualent:vt confessione verissima viuificẽtur:
quos infidelitatis sue vulnera pertulerunt. ⌊Nungd
⌉ enarrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuaz Al. narrabit
⌉ aut veritatẽ tuaz in pditione: ⌋Uenit ad tertiã nar Al. et
rationẽ:vbi per istũ vsum ⁊ alterũ qui sequtur:figurã

SCHE Emphasim ponit:cui⁹ illa pars hic itelligẽda est:que
aduersi facit:id qõ nõ dicit. Ait enĩ: Nunquid enar
rabit aliquis in sepulchro misericordiã tuã: Hoc ne
gatiue legẽdũ est:vt illud possit intelligi:qa viui ho
mines ⁊ fideles misericordiã eius narrare cõsuerũt.
Sepulchrũ enĩ:significat infidelitũ mẽtes:de quibus
Ps.5. supra dictũ est: Sepulchrũ patens est guttur eoz. Et
merito sepulchrũ dicit:vbi aĩa peccatis mortua cõti
net:id est:illos vult intelligi:qui non sunt dño credi
tur:qa nullus eis misericordiaz dñi videt narrasse:
quã nõ voluerunt deuota mẽte percipere. Illic eniz
puenisse dicimus actũ:vbi aliquẽ audiens pstat affe
ctum. Tale est ⁊ illud qõ sequit: Aut veritatẽ tuã in
perditionẽ:qa nemo putat veritatẽ dixisse:quã vide
tur negligens preterire. Perditio quippe iuste voca
ta est:vbi veritas nõ admittit:sed sola obstinatio cu
Al. et stodit. ⌊Nunquid cognoscent in tenebris mirabilia
tua: ⌉ aut iustitia tua in terra obliuionis: ⌋Sub eodẽ
ordine variatis sermonibus cuncta descẽdunt:vt ne
gando que non sunt:econtrario sentiant illa que sũt.
Nã mirabilia dñi a tenebrosis mẽtib⁹ nõ vident:qz
pmittẽtes deũ sapiẽtie lumia pdiderũt. Nec iustitia
eius pōt in terrena obliuiõe cognosci:id est:in corpo
ris crassissima cecitate:que spiritalia monita ofert:
dũ eius desideria carnalib⁹ vitys occupant. Memẽ
to vo ꝙ hec omnia ideo dicta sũt:ne in inferno eius
aĩa relinquerẽt:sed ei celerrima resurrectio pueni
ret:quatenus laus dñi per bñficia ei⁹ posset agnosci.
⌊Et ego ad te dñe clamaui:⁊ mane oratio mea prene
niet te. ⌋Cõtra illa que superius dicta sunt:dñs chs
cũ fidelib⁹ suis per id qõ resurrecturus erat:clamare
se dicit ad dñm:enumerans tribulationũ diuersarũ
gloziosissimas qualitates:vt talibus institutis cõmo
nit:firmarent populi vtiqz christiani. Dicẽdo eniz:
Et ego significat:cũ membris suis se clamasse:quoz
ipse caput est christus. Nã quãdo ipse clamat ⁊ eccle
siam docet:quãdo cũ fidelibus orat:vnũ corpus ostẽ
dit. Memẽto ergo ꝙ vsqz ad finẽ psalmi:varias ca
SCHE lamitates enumerat:quas in martyribus suis ipse su
stinuit. Ubi Synatrismos figurã arbitroz apponen
dã:quãdo multe res in vnũ ⁊ multa pericula colligũ
tur. Sequit: Et mane oratio mea preueniet te. Solli
cite verba ista tractanda sunt:ne regule illi veracissi
me:qõ dñi gratia cuncta preueniat aliquid videatur
esse ꝓtrariũ. Orationẽ suã:corpus ecclesie:que mane:
id est:bonis delucidat operibus:preuenire scõm ad
uentũ dñi dicit:hoc est:die iudicij:que tñ oratio dño
prestãte donata est. Merito ergo dictuz est puenisse
orationẽ suã:qñ ante multa secula sub assiduitate pe
tebat:qõ adhuc expectamus esse vẽturũ. Ueniet enĩ
ille tẽpore cõpetenti:sed nostrũ desideriũ flagranti
bus petitionib⁹ oportet ostẽdi. Nõ enĩ nos suos esse
diiudicat:si nõ votis maximis a nobis expetitus ad
ueniat. Sed cũ de ipso clarissime dicatur:ipse ex sua
persona istud nõ pōt loqui:nisi hoc dictũ a membris
Al. repellis. ecclesie velimus aduertere. ⌊Ut quid dñe ⌉ repulisti
Al. auertis. orationẽ meã: ⌉ auertisti faciẽ tuaz a me: ⌋Dic de se
desideriũ sanctissime mẽtis exprimit:quia impatiẽ
ter sustinebat differri:vnde mundus poterat iure sal
uari. Repellere enĩ putat petitionẽ nostrã:⁊ auerte
re faciẽ suã dñs:quãdo vota nostra distulerit:⁊ quã
uis ille profutura faciat:nos tamẽ grauiter dilata cõ
tristant. Sed ⁊ hoc ꝓgruẽter a psona martyrũ dicit:
qui talibus desideryis in hoc mundo fatigant. Diffe
runt enĩ ad augmentũ suum:pcrastinant ad gloriã:
ga nõ tãtũ pdest audiri:quãtũ expedit pro muneris
augmentatione differri. Sic ignis flatu venti repelli
tur:vt viuacius ameet. ⌊ ⌉ Egens sum ego ⁊ in labo- Al. pauper
ribus a iuuẽtute mea:exaltatus aũt humiliatus suz
⁊ ⌉ profusus. ⌋Hoc merito dicit ecclesia:que in egestate Al. pmrbat⁹
mundi:⁊ in laboribus a sua iuuẽtute fatigat:sicut in
alio psalmo legit: Sepe expugnauerunt me a iuuẽta Psal.128.
te mea. Hec crescit persecutionibus:pressura tẽporũ
subleuat:humilitate semp extollit. Cui⁹ lõgior eras
nõ est debilis lassitudo:sed matura pfectio. Sequit:
Exaltatus aũt humiliatus suz ⁊ cõfusus. Hoc ipecia
liter mẽbris pbat cõuenire:nõ capiti. Exaltatus di
cit:quãdo prius vnusquisqz fideliũ res humanas tu
mido corde cogitabat. Humiliatus suz:quãdo ad cõ
fessionis medicabile donuz diuina gratia miserante
peruenit. Confusus:quãdo illa que male gesserat:pe
nitentie professione damnauit. O beata cofusio:que
eternũ tollis opprobriũ. Nam quicquid in reatũ ve
nerit penitentiũ:perpetuis seculis reddit absolutuz.
⌊In me ⌉ trãsierũt ire tue:⁊ terrores tui ꝓturbaue- Al. trãsierũt
runt me. ⌋Pulchre dictũ est: Pertrãsierunt:quasi nõ
mãsure diutius cõtigerũt. Nã quãdo fidelis se afflꝗ
git:iram dñi castigatus euadit. In me aũt dicẽdo:af
flictionẽ fidelitũ:more suo illatã sibi esse testat. Se
quit: Et terrores tui cõturbauerũt me. Terrores vti
qz vẽturi iudicij:quos ois caro peccatrix formidare
dinoscit. Qõ idem solis mẽbris cõuenire manifestũ
est. ⌊ ⌉ Circuierũt me sicut aq̃ tota die circũdederũt Al. circũde-
me simul. ⌋Delicta vtiqz que legis districtione da derunt.
mnant:hec velut aq̃ hoies circueunt:quãdo vndiqz
scaturire noscunt. Ex quo enĩ latere nõ credamus ve
nire peccata:que nec momentis horarũ a nobis red
dunt aliena: Merito ergo aquis cõparata sunt: que
nos copiosissima inundatione concludunt. Qõ apte
totũ accipit a parte membroz. ⌊Elongasti a me ami
cũ ⁊ proximũ:⁊ notos meos a miseria. ⌋Hec frequen
ter pys martyribus cõtigerũt:a quibus terrore mor
tis officia humana subtrãcta sunt. Amicos enĩ signi
ficat:qui honestis studys morũ vicinitate coniuncti
sunt. Proximos:qui nobis parentele ordine sociant.
Notos:qui neqz amici neqz pximi sunt:sed sola nos
opinione vel visione didicerunt. Que genera hoiuz
frequẽter lõge fecit a fidelibus seruis formidata ca
lamitas passionis.

Conclusio.

Ipse chorus est christi:quem premissus titu
lus pro melech nois interpreta
tione pcinuit:quãdo fidelis populus ei⁹ secutus san
ctissimã passionẽ gloziosa nimis imitatiõe respõdit.
Hinc enim confessores tenuit carcer inclusos: hinc
martyrum purpura ⁊ byssо preciosior sanguis ema
nauit:hinc apostoloz per totũ orbez dicta tonuerũt:
hinc tanq̃ sol purissimus fides sancta processit:hinc
ad tẽporales mortes hodieqz concurrit:vt eterne vi
te premia conquirant. Quapropter nullus paueſcat
miserias que faciunt beatos: Nullus tormẽta formi
det que donat perpetuã sospitatẽ: Nullus timeat tri
stitiã que gãdiũ tribuit sempiternuz. Quantum est
enim tẽporaliter mori:vt perpetua vita possit acqui
ri: Quantũ humanã sustinere sententiã vt absolutio
nes mereamur ꝑtrare diuinã: Quis aũt erubescat
penas quas chs dñs perferre dignatus est: Quis pu
tet opprobriũ qõ elegit creator sustinere cunctozuz:
Quocirca pro eo subeamus mundanã calamitatẽ:si
cum eo habere perennẽ volumus portionem.

Explicit expositio in psalmũ.87m.

¶ Intellectus ethan israelite. LXXXVIII.

Misericordias domini: in eternũ cantabo. In generatione & generationẽ: annuntiabo veritatem tuã in ore meo. Quoniaz dixisti in eternũ misericordia edificabiť in celis: preparabiť veritas tua in eis. Bisposui testamẽtum electis meis: iurraui dauid seruo meo vsqz in eternũ preparabo semen tuũ. Et edificabo in gnatione & generationẽ: sedem tuam. Confitebunť celi mirabilia tua dñe: etenim veritatẽ tuam in ecclesia sanctoz. Qm̃ quis in nubibus equabitur dño: similis erit deo in filijs dei? Deus qui glorificať in cõsilio sanctoz: magnus & terribilis super oẽs qui in circuitu eius sunt. Dñe deus virtutũ quis similis tibi? potens es dñe & veritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestati maris: motum autez fluctuũ eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratũ supbũ: in bracchio virtutis tue dispersisti inimicos tuos. Tui sunt celi & tua est terra orbẽ terre & plenitudinẽ eius tu fundasti: aquilonem & mare tu creasti. Thabor & hermon in noie tuo exultabunt: tuũ bracchiuz cũ potentia. Firmeť manus tua & exalteť dextera tua: iustitia & iudiciũ preparatio sedis tue. Misericordia & veritas precedent faciẽ tuã: beatus populus qui scit iubilationẽ. Dñe in lumine vultus tui ambulabũt: & in noie tuo exultabũt tota die: & in iustitia tua exaltabunť. Quoniã gloria virtutis eoz tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrũ. Quia dñi est assumptio nostra: & sãcti israel regis nri. Tunc locutus es in visione sanctis tuis: & dixisti: posui adiutoriũ in potente: & exaltaui electũ de plebe mea. Inueni dauid seruũ meum: oleo sancto meo vnxi euz. Manus enim mea auxiliabitur ei: & bracchiũ meuz cõfirmabit euz. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et cõcidã a facie ipsius inimicos eius: & odientes eũ in fugã conuertã. Et veritas mea & misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponã in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocauit me pater meus es tu: deus meus & suscep tor salutis mee. Et ego primogenitum ponã illũ: excelsuz pre regibus terre. In eternũ seruabo illi misericordiã meã: & testamentũ meũ fidele ipsi. Et ponã in seculũ seculi semen eius: & thronuz eius sicut dies celi. Si aũt dereliquerint filij eius legẽ meã: & in iudicijs meis non ambulauerint. Si iustitias meas pphanauerint: & mandata mea non custodierint. Visitabo in virga iniquitates eorũ: & in verberib⁹ peccata eorũ. Misericordiã aũt meã non dispergã ab eo: neqz nocebo in veritate mea. Neqz pophanabo testamentũ meũ: & que procedũt de labijs meis nõ faciã irrita. Semel iurraui in sctõ meo si dauid mentiar: semen eius in eternuz manebit. Et thronus ei⁹ sicut sol in conspectu meo: & sicut luna pfecta in eternũ & testis in celo fidelis. Tu vero repulisti & despexisti: distulisti chrm̃ tuũ. Auertisti testamentũ serui tui: pphanasti in terra sanctuariũ ei⁹. Destruxisti oẽs sepes eius: posuisti firmamentũ eius formidinẽ. Diripuerunt eũ oẽs trãseuntes viã: factus est opprobriũ vicinis suis. Exaltasti dexterã deprimentiũ euz: letificasti oẽs inimicos eius. Auertisti adiutoriũ gladij eius: & nõ es auxiliat⁹ ei in bello. Destruxisti eũ ab emũdatiõe: & sedẽ eius in terra collisisti. Minorasti dies temporis eius: perfudisti eũ cõfusione. Usque quo dñe auertis in finẽ: exardescet sic ignis ira tua? Memorare que mea substãtia: nũquid enim vane cõstituisti oẽs filios hoinz? Quis est homo qui viuet & nõ videbit mortem: eruet aiaz suã de manu inferi? Ubi sũt misericordie tue antique dñe: sicut iurasti dauid in veritate tua? Memor esto dñe opprobrij seruorum tuoz: qõ cõtinui in sinu meo multarũ gentium. Qõ exprobrauerũt inimici tui dñe: qõ exprobrauerũt cõmutationẽ christi tui. Bñdict⁹ dñs in eternũ: fiat fiat.

Non tã ꝓm ordinẽ titulũ: q̃ ad cõmoditatẽ intelligẽtie exponẽda sunt verba que posuit: vt facilius nobis rei veritas elucescat. Ethan interpretať robustus. Israelita: videns deum. Et qa psalmus iste erat laudes & pmissiones dñi narraturus: ideo illi tale nomen cõstat appositũ: vt fideliũ vboz indicaret incõmutabile firmitatẽ. Intellect⁹ enim (vt sepe dixim⁹) ad supna referendus est: vbi reuera recte intelligens tendit mẽtis intuitũ. Est enim de christianoz spe: & de magnificẽtia dñi multa dicturus: per que nemo decipiť si supplicantis animus in istius ethan cõstantissima voluntate roborẽtur. Diuisio.

INTER

Ethan iste quem diximus indicare robustum: tanta mentis illuminatione cõpletus est: vt israelita verissime nuncupeť. Primo ingressu psalmi: dicit se misericordias domini cantaturũ: quoniã multa pmisit fideli pplo profutura. Scõa parte: diuersis modis laudes dñi potentiãq; describit. Tertia: in chrisũ dñm paternas pollicitatiões enumerat. Quarta: dñs chris ppter passionẽ quã ptulit traditus inimicis esse memorať. Quinta: fragilitati humane postulat subueniri: quia non inuanum filios hominũ ab ipso asserit esse plasmatos. Sexta rogat dominũ vt pmissiones suas impleat quas dauid seruo suo fecisse declaratur: & memor sit qualia serui eius ab impis opprobria sustinebant. Expositio.

Misericordias tuas domine: in eternum cantabo. In generatione & progenie pronuntiabo veritatẽ tuã in ore meo. ¶ Iure robustus dicitur qui tam firma dicturus est. Iste enim ethan domini est misericordias cantaturus: que & eterna semp stabilitate consistunt: & perpetuis sunt celebrande pconys. Fecit enim mirabilem in humano genere pietatẽ vt quod perserat requireret: & vulnerata saluaret. In generatione vero & progenie qõ addidit: duos significat populos in daicum scilz & gentiuz: quibus se veritatẽ pronuntiaturuz esse testatur: quã dicit inferius. Sequiť: Et veritatem tuã in ore meo. Reuera: vt quã sensu perceperat: ore loquereť. Et bene dictũ est: In ore meo: gaqõ ex ore progreditur cito dilabiť: qõ vo in ore versatur diutina deuotione celebrať. ¶ Quoniaz dixisti in eternũ misericordia edificabiť: in celis preparabitur veritas tua. ¶ Ipsa est veritas quã vir sanct⁹ se pnũtiaturũ esse predixerat. Et merito illam confidenter predicabat: quãdo eaz dñs absolute promiserat. Nõ enim põt falli: qui sequitur verba veritatis. Sed videamus quid significet: In eternũ misericordia edificabitur. Sũt enim edificationes que surgere nequeũt: nisi eis fuerit pmissa destructio: vt idolozũ cultores: vt pessimarũ cõsuetudinũ sequaces. Isti enim nisi a malis suis fuerint destructi: in bonum nequeunt edificari: sicut dictũ est Hieremie: Ecce posui te vt edifices & destruas. Ista vo misericordia nõ destruitur: sed semp viget: semp augeť. Sequitur: In celis preparabiť veritas tua. Celi: sicut sepe diximus: significant apostolos: quoz predicationibus actũ est: vt inculcareť gentibus religio christiana. Verum hec oia vsqz ad diapsalma medus subdistinctionibus prahenda sunt: quia totũ ad illud respicit qõ ait: Qm̃ dixisti. Que figura diciť Apochinu: id est: a cõmunt: qm̃ superiora ad inferiora respondent. ¶ Disposui testamentũ electis meis: iurraui dauid seruo meo. ¶ Nunc verba domini referunt: que superius eũ dixisse memorauit. Nam quãuis oibus denuntiare videať: electis tamẽ suis tm̃ ista disposuit qui ei dono ipsi⁹ credere maluerunt: ne se ad promissionẽ tales & illi tenerent qui de dauid semie se descẽdere carnaliter pferebãt. Addidit: Iurraui dauid seruo meo. Diuinũ sacramentum promissionis noscitur esse securitas: qa solus iuste diffinitiue promittit: cui subiacet implere qõ dixerit. Humana enim fragilitas ideo prohibeť sacramentorũ se pmissionibus obligare: quia nõ est in potestate ipsius que polliceť efficere. Iurat ergo iustissime deus: cũ iure suo promittit omnia. Nam & ipsum nomen iudicat causam. Iurauit enim dicim⁹: iure ozauit: id est: iuste locutus est. ¶ Usqz in eternũ preparabo semen tuum. Et edificabo in seculũ seculi: sedẽ tuã. ¶ Peruentũ est ad illa que pater promiserat seruo suo dauid. Preparatus est enim dñs christus: qui ex semie ipsius descenderet carnis origine: vsqz in eternuz rex regũ & dñs dominãtiũ. Sed qõ dixit: Preparabo: ad humanitatẽ eius pertinet: non ad deitatẽ qua cõsubstantialis: o potens & coeternus est patri. Sequiť: Et edificabo in seculũ seculi sedez tuã. Pollicitatio ista tota pertinet ad dñm saluatorẽ. Ipsi enim tunc sedes promittebatur: que postea in sanctorũ erat faciendã pectoribus. Sedes enim est dñi omnis sanctus: quez quasi splẽdidissimũ thronũ dignatione sue maiestatis ifederit: sicut & de spiritu sancto legiť: Et apparuerunt illis dispartite lingue tanq̃ ignis: sedit autẽ iup vnumquẽqz eoz: & repleti sũt oẽs spiritu sancto. ¶ Cõfitebunť celi mirabilia tua dñe & veritatem tuã in ecclesia sanctoz. ¶ Venit ad secundã partẽ diuine potentie sacramẽta dicturus. Confitebunť enim celi qui sunt veri predicatores: quãtis miraculis dñs mũdũz prout ipsi placitum fuerit administret: quẽadmodũ ois creatura eius imperys obsecũdet: cõuersionesqz rerũ nõ casualiter agi: vt qdaz vanissimi putaueruť: sed eius ineffabili virtute predicãt pmeri. Addidit: Et veritatẽ tuã in ecclesia sanctoz. Mirabilia dixit vbiqz predicãda: veritatẽ aũt in sanctoz ecclesia cõfitendã: vbi creditur verbũ caro factũ: vbi sancta trinitas sic suscipiť: vt vnus sicuti est deus dñs cunctorũ ore laudeť. ¶ Quoniã quis in nubibus equabiť domino: aut qs similis erit deo inter filios dei? ¶ Nubes frequẽter diximus verbi dei esse pdicatores: qui per spiritũ sanctũ populos diuina gratia cõpluebant: sed tamẽ erãt obnoxij lege peccati: potẽtes quidẽ in miraculis: in predicatione terribiles. Sed quis eorũ esse poterat chro similis: q̃q̃ & ipse carnis velamine tegereť? Aliud est enim qui de pprio põt: aliud qui de altero clarus est. Simili modo nec inter filios dei habere poterit equalẽ: qm̃ ille per naturã est filius: sancti vo per grãz. Ille sine aliquo peccato: isti per ipsuz a peccatis probanť exuti. Que ideo dicta sunt: ne qs illũ tm̃ dominẽ sacrilegis auribus estimaret. ¶ Deus qui glorificať in consilio sanctoz: magnus & metuẽdus super omnes qui in circuitu eius sunt. ¶ Exponit qõ superius dixit: qua similẽ habere nõ poterat qui oia continebat. Ipse enim dñs chris qui predicať a sanctis: magnus diciť ppter qõ deus est: metuẽdus a potestate mirabili. In circuitu eius sancti scilz quos superius dei filios dixit: qui dono ipsius gratie pximãtur. Sed iure supra eos ille probať excelsus: per quẽ oẽs noscunť esse gloriosi. Cõsidera vo q̃ per duodecimã speciẽ definitionis: que grece Cata epenon: latine per laudẽ diciť: vsqz ad diuisionez subiectos vsus decurrit: & per diuersa preconia quis sit iste dñs indicatur. ¶ Dñe deus virtutũ quis similis tibi: potens es dñe & veritas tua in circuitu tuo. ¶ Post illa que superius dixit: aptissima est sentẽtia subsecuta: Quis similis tibi: id est: qa virtutum es dñs. Sancti enim ditantur virtutibus: nõ dominanť. Tu autẽ illis reb⁹ imperas quib⁹ illi te prestante preclari sunt. Merito repetitũ est: Quis similis tibi. Tu ex te potẽs es: illi de te. Illi veritate tua illuminati sunt: tibi autẽ veritas tua idiuidue semp iest. ¶ Tu dominaris potestati maris: motuz autẽ fluctuũ eius tu mitigas. ¶ Nũc dicit enumerationes per quas singularẽ potestatẽ dñi euidenter ostendat. Potestas maris: huius seculi bonoz est: qui frequẽter in martyres chri rapido tumore surrexit. Sed tm̃ ne putareť voluntas illa ex sua ptãte grassari: dicit etiã his tu dñaris: qm̃ feroces mot⁹ pro sctõz vtilitate cõuertis: sicut ipse in euãgelio dicit: Nõ haberes in me ptãtẽ nisi tibi data esset desup. Et qz dixerat: Dñaris: sequiť digna pbatio: Qm̃ fluct⁹ eius ipse mitigat. Et cõsidera: qa mitigat dixit: non tollit: qm̃

Ath. non hẽt. Ath. domini. Ath. gnatione annũtiabo.

Ath. eternũ

Ath. in eis.

Ath. non hẽt Ath. in filijs.

Ath. terribilis.

Hiere. j.

SCHE

DEF

ETY

Ath. gnatione & generationẽ.

Joan. ix.

si eam funditus adimeret: coronas martyres non haberent. Quod etsi historice malis aduertere: dñs mitigare fluctus maris euãgely locus ille testat: quãdo periclitantibus discipulis vento vt quiesceret: mari vt tranquillũ fieret imperauit. [Tu humiliasti sicut vulneratũ superbũ: ⁊ in virtute brachij tui dispersisti inimicos tuos.] Alij sunt qui humiliãtur ad ruinam: alij qui inclinant ad gratiã. Sed vt hoc in malo dictum debuisses aduertere: posuit: Sicut vulneratũ superbũ. Diabolum enim significat: qui elatus supra id qõ poterat: humiliatus est suo vitio: intra illud qõ per naturã nõ erat: percussus mente nõ corpore. Sic ille iniquissimus tãq; vulneratus de celo corruit in hanc aeris densissimas crassitatẽ: sicut in euãgelio dñs dicit: Vidi satbanan sicut fulgur de celo cadentes. Inimicos aũt dicit: infideles iudeos: qui per inumeras gẽtes christi dñi virtute dispersi sunt: quẽ patris brachiũ: sicut sepe diximus: auctoritas diuina testatur. [Tui sunt celi et tua est terra: orbes ⁊ terrarũ ⁊ plenitudinẽ eius tu fundasti.] Quia superius gemina dixerat facta miracula: nũc ea istius versiculi pbatione cõfirmat. Ideo enĩ triumphauit in celo de superbo diabolo: ideo in terra de perfido iudeo: qũi ipsius erat vtiq; celũ ⁊ terra. Cur enim diabolus aut iudeus in alienis rebus superbirent: dum vtraq; habere suũ pbarent auctoritẽ? Sequit: Orbem terrarum ⁊ plenitudinẽ eius tu fundasti. Hec increpatio adhuc pertinet ad iudeos. Sensus ergo talis est. Cur voluerũt stulti in te seuire in hoc mũdo: cui⁹ tu christe fundator es? Ut nunia demẽtia videant talia presumere: que humanas vires probant excedere. Orbis terrarũ: pertinet ad totius spatiũ mundi. Plenitudo eius: ad oẽs scilz creaturas que in eo esse noscuntur. Sic per cõmemorationes talium rerũ breuiter cuncta complexus est. [Aquilones ⁊ mare tu fundasti. Thabor ⁊ hermon in noĩe tuo exultabunt.] Aquilonem: adhuc diabolum significat: qui dixit: Ponam sedem meã in aquilone: ⁊ ero similis altissimo. Mare: seculi huius elatas ⁊ iniquas hoiũ potestates cõpetenter aduertimus: que cõtra dñi mãdata sacrilegis voluntatibus erigunt: non vt proficiant: sed vt vehementer occumbant: increpans vtrosq; presumptionẽ in se ponere nõ debere: quã eos a dño suo constat eẽ plasmatos. Creatura enim superbire nõ debet auctori: que ab eo vt existere potuisset accepit. Sequitur: Thabor ⁊ hermon in noĩe tuo exultabunt. Thabor ⁊ hermon: montes sunt syrie: quintie: quorũ nomina ingentia sacramẽta parturiunt. Thabor enĩ dicit: veniens lumen: qõ specialiter ad aduentũ pertinet dñi saluatoris: de quo dictũ est: Erat lumẽ verũ quod illuminat oẽm hominẽ venientẽ in hunc mũdũ. Hermon: significat anathema eius: id est: diaboli: quas a christianis dño veniente suscepit. Dignũ enĩ fuit: vt presente lumine tenebrosus diabolus vincerẽt. Isti ergo exultabunt in noĩe dñi: sicut alibi fideles dicũt: Non nobis dñe nõ nobis: sed nomini tuo da gloriã. [Tuum brachium cũ potentia. Firmẽt manus tua: ⁊ exaltẽt dextera tua.] Brachiũ: frequenter quidẽ legimus humanã significare virtutẽ: sicut ppheta dicit: Maledictus homo qui ponit carnẽ spẽ brachij sui: ⁊ a dño recedit cor eius. Sed nõ potest habere potentiã: nisi quanta ei pro tẽpore fuerit attributa. Dic aũt vt significaret dñs saluatorẽ: dictũ est: Brachiũ tuus cũ potentia: hoc est: illi esse qõ posse: nec aliquãdo potẽtia eius repescit: qui iugiter oia facit que vult in celo ⁊ in terra. Addidit: Firmẽt manus tua: ⁊ exaltetur dextera tua. Manus ⁊ dextera si subtiliter inspiciamus: longe diuersa sunt. Rogat enim vt manus: id est: operatio firmẽt in superbos: quatenus inclinati tribulationib⁹ celerrime ad penitentiam studia pducant. Exaltetur autẽ dextera tua: dic fortasse dictum est: id est: clarificẽt numerus predestinatorũ qui est ad dexterã collocandus. [Justitia ⁊ iudiciũ preparatio sedis tue. Misericordia ⁊ veritas preibũt faciẽ tuã.] Sedes quidẽ domini semp eterna est: sed rũc nobis apparebit preparata: quãdo ipsum cernim⁹ iudicare iustitiã. Eo siquidẽ tẽpore sancta nobis equitas patescit: ⁊ verus iudex ostendit: quo angelorum mysteria videbunt. Fit preparatio sedis eius: quãdo hec ab hoĩbus in generali resurrectiõe cernent. Sequitur: Misericordia ⁊ veritas preibunt faciẽ tuã. Hoc ad tempus istius mundi: non incõpetẽter aptatur. Faciẽ enim ipsius: id est: declarationẽ iudicij: misericordia ⁊ veritas preibũt. Misericordia est: quia parcit cõuersis. Veritas: quia promissa restituit. Sic vtrũq; tempus euidẽter bis sermonibus indicatur. [Beatus populus qui intelligit iubilationem. Dñe in lumine vultus tui ambulabũt.] Ethan ille sanctissimus quẽ titulus premisit: postq; dei visus est predicasse mysteria: beati populi multipharias laudes agredit: per id qõ rhetorẽ: demõstratiuũ dicendi genus appellant. Exclamat enĩ beatus ppls qui intelligit iubilationẽ: id est: qui imensam letitiã suã: non in proprijs viribus: sed in dei cognoscit virtute posuisse. Jubilatio est enĩ copiosa mentis exultatio: que vbis non põt explicari. Hanc ergo pscrutari cordis archano beati est populi: quã sic feliciter aduertimus: si auctorẽ eius pura mente fateamur. Est etiã oĩnovtilis: si ⁊ sic intelligatur dicta sentẽtia: ga ille beatus populus est qui laudes dei nõ solũ ore cãtat: sed etiã lumine mentis intelligit. Intelligere aũt est: si scripturas sanctas catholicis regulis perscrutẽt: si dicta patruã salutari dogmate cõprehendat: totũq; ad pietatẽ recte fidei trahat: q̃ hereticorũ prauitatibus aquiescat. Addidit premiũ qõ tales cõsequit viros. Dñe in lumine vultus tui ambulabunt. Populus ille beatus: quem dixit intelligere iubilationẽ: in lumine vultus eius ambulat: cuã in cõtemplatione sancte trinitatis iugiter perseuerat. Ambulat enĩ: significat viuit: ga tempus istud vite nostre quadã cõmeatiõe peragit. [Et in noĩe tuo exultabũt tota die: ⁊ in tua iustitia exaltabunt.] Adhuc in illo pmio perseuerat qõ datur huic populo qui intelligit iubilationẽ. Nam cũ dicit: Dñe in noĩe tuo exultabũt: vetat in ppria psumptione gaudere: ne decepta mortalitas ibi ponat letitiam suã: vbi oia sunt caduca. Sequit: Tota die. Totius vite tẽpus ostẽdit: quia non decet aliquãdo inde desinere: vnde cõstat perpetua ⁊ copiosa gaudia puenire. Qõ cũ ita factũ fuerit: euenit vt exaltentur in dñi letitia: quãdo in illa resurrectione ad dexterã fuerit collocati. Ecce qualia dona parata dicit intelligentibus iubilationẽ. Quapropter negligentiã noxiã proiciamus: ⁊ ad intelligentie beata studia cõcitemur: vt et hic donante domino suaui exinde epulatione pascamur: ⁊ ibi perpetue letitie munere pfruamur. [Quoniã gloria virtutis eorũ tu es: ⁊ in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.] Merito cornu eorum: id est: potestas exaltabitur: qui in domino saluatore: de quo dicit pater: Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacuit: virtutem suam gloriamque

Alt. in brachio tuo/ vnio tue.

Luce.10.

Alt. terre.

Psa.14.

Joã.1.

Psa.113.

Hiere.17.

Alt. creasti.

Alt. Sedes

Alt. sicti.

RHE

DEF

Psal.2.

Joan.11.

Isa.42.

Phil.2.

Alt. non hẽt

Psal. 44.

Alt. firmabo.

SCHE

Matth.3.

posuerunt: quia dum ad illum refertur omne quod datur est: ipse fit laus nostra ⁊ pfecta letitia. Et nota q̃ in hoc loco: cornu: in bono posuit: alibi vo in malo: vt est illud: Et a cornib⁹ vnicornorũ humilitatẽ meã: quoniã data potestas bona malaq; facit. [Quoniam dñi est assumptio: ⁊ sancti israel regis nostri.] Exposuit quare exaltẽt cornu in ipsum credentiũ: quoniã assumptio: id est: glia illa ĩcarnationis a sancto israel pbat impleta: in qua oẽs spem habẽtes de pfundo peccati sursum erigimur: dũ ipsius misericordia subleuante in eterna gaudia collocamur. Ecce exposita sunt munera que promittunt populo intelligenti iubilationẽ. Peracta est demonstratiui generis admiranda laudatio: vt in singulis rebus et potẽtia ipsius narret: ⁊ quis sit iste dñs euidẽtius approbem⁹? Nũc aliqd de tertia diuisione noscamus. [Tũc locutus es in aspectu filijs tuis ⁊ dixisti: posui adiutoriũ super potentẽ: ⁊ exaltaui electũ de plebe mea.] Hactenus ethan a sua psona locutus est: Nunc venit ad tertiam partẽ pdicãs verba pãis: que dicta sunt de dño saluatore: vt superior laus indubitata docerẽt: quã paterna etiã firmauit auctoritas. Sepe dixim⁹ sanctos appellari filios dei: nõ natura sed grã. Istis ergo filijs: id est: pphetis ⁊ pdicatoribus verbi: locutus est dñs in aspectu: dum eos fecit cõspicere que dicebãt. Per hoc enĩ verbũ illud ostendit: ga quicquid pphete dixerunt: nõ ignorãter locuti sunt: sed in contẽplatione certissima pstituti viderũt mẽte qõ ore pdicauerũt. Hinc est q̃ etiã videntes pphete nuncupant. Sequitur: Posui adiutoriũ sup potentẽ. Nã qui adiutoriũ querit potẽs nõ est: qui potẽs est nõ idiget adiuuari. Sed hoc dictũ: aut de gñali corpore ecclie possumus nõ incõpetenter aduertere: q̃ potẽs ⁊ electũ esse nullus ignorat. Et huic dicit adiutoriũ chrm dñm datũ: qui de se in scdo psalmo dixit: Ego aũt pstitutus sum rex ab eo sup sion mõtẽ sanctũ eius. Aut certe si hoc de chro dño velimus aduertere qõ ait: Posui adiutoriũ super potentẽ: ita intelligendum est: ac si diceret: Pater perhibuit testimoniũ potẽti: id est: filio: sicut in euãgelio vox ad eũ facta testat dicẽs: Et clarificaui ⁊ iterum clarificabo. Hoc est enĩ fortasse qõ dicit: adiutoriũ positũ sup potẽtẽ. Adiecit: Exaltaui electũ de plebe mea. Electũ dici dñm chrm: Isaias pphetia cõmemorat dicens: Ecce puer meus suscipiã eum: electus meus cõplacuit sibi in illo aĩa mea. Exaltatus est autẽ: sicut dicit apls: Propter qõ ⁊ deus illum exaltauit: ⁊ donauit illi nomẽ qõ est sup omne nomen: vt in noĩe Jesu omne genu flectat: celestiũ: terrestriũ: ⁊ infernorũ. De plebe mea: significat gentẽ iudeorũ: vnãnatum constat dñm christum. [Inueni dauid seruum meũ: in oleo sancto meo vnxi eũ.] Qõ dicit: Inueni dauid: iesum christum euidẽter insinuat: quẽ superius dixit potẽtẽ. Hoc enĩ nomẽ frequẽter cõstat ad ipsum referri: qr ⁊ manu fortis dicit: ⁊ desiderabilis inuenit: maxime cũ talia sequant: que neq; dauid: neq; alteri cuiquam iusto preter dño saluatori possint vllatenus cõuenire. De ipso enĩ in alio psalmo iam dictum est: Propterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo exultationis pre participibus tuis. [Manus enim mea auxiliabit eĩ: ⁊ brachiũ meum tcõfortabit eũ.] Hoc ꝓm formã serui dicitur: que assumpta est in vtero virginali: cui auxiliata est manus diuina in passionibus suis: ⁊ fortitudo dñi firmauit eam: vt quam pro salute mundi pius redemptor susceperat: propositã perag［ret pas］sionem. Hoc schema dicitur Epharacterismos: qõ latine informatio vel descriptio nominat: quãdo personam absentem quibusdam indicijs velut presentẽ facimus indicari. Hec ergo figura totam partem diuisionis huius decora varietate complectit. [Nihil proficiet inimicus in eum: et filius iniquitatis non nocebit eum.] Istud certe ad dauid quemadmodũ pertinere poterit: qui ⁊ inimicos fortiores pertulit: ⁊ diabolo instigante peccauit? Sed hoc veraciter de christo animaduerti necesse est. Nam ls in eus seuierit diabolus qui est proteruus humanitatis inimicus: ls iuda filius iniquitatis nocere pesumpserit: nullus tamẽ eorũ qui peccatũ qõ iuste accusare potuisset inuenit: sicut ipse dicit: Ecce veniet princeps huius mundi: ⁊ in me non inueniet quicq̃. [Et concidã inimicos eius a facie ipsius: ⁊ odientes eum in fugã cõuertam.] A facie christi concidunt inimici: quando eius presentia cõuersionis beneficio a proprijs criminibus culpisq; separantur. Nam facies ipsius cũ peccatores dignata fuerit intuerĩ: a suis prauitatibus cõciduntur: nec consensum vlterius tenebrosis delictis prebere possunt: qui ad presentiam veri luminis dño miserante peruenium⁹. Odientes autẽ eum cõuertũtur in fugam: quãdo impia vita derelicta: ad eius ceperint festinare remedia. Peccati enĩ memores sua facta refugiunt: ⁊ ad beneficia domini saluberrima festinatione cõuertunt. Felix itaq; fuga criminũ: dñi quesisse refugiũ: sicut in alio psalmo iam dictũ est: Tu es mihi refugium a presura que circũdedit me. [Et veritas mea ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in noĩe meo exaltabit cornu eius.] Pater dicit de filio: Veritas mea ⁊ misericordia mea cum ipso est: vt intelligamus nihil esse diuisum: sed virtutes quas habet pater habere simul ⁊ filium: sicut ipse testat: Oia patris mea sunt: ⁊ mea patris sunt. Veritas pertinet ad iudiciũ. In qua iudicaturus est mũdũ. Misericordia vo ad pietatẽ: qua peccata dimittit: ⁊ omnia que prestat: gratuita largitate concedit. Sequit: Et in nomine meo exaltabit cornu eius. Cornu hic: significat inuictissimã potestatẽ: de qua ipse in euãgelio dicit: Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. [Et ponam in mari manũ eius: ⁊ in fluminibus dexteram eius.] Mare significat vniuersas gentes: in quib⁹ saluator noster gloriã dominationis accepit: quãdo eĩ⁹ nomini humiliter deuotis mentibus crediderũt. In fluminib⁹ fontiũ fortitũ fluenta significat: vbi dño saluatori populus regnationis acquirit. Siue iordanem fluuium: pro fluminibus posuit: in quo sui baptismatis dñs pscrauit exemplũ. Sic ⁊ celos dicimus pro celo: ⁊ terras p terra: ⁊ maria pro mari: ⁊ si adhuc velis querere athenas: thebas: nicenas: ⁊ his similia. [Ipse inuocabit me pater meus es tu: deus meus ⁊ suscep tor salutis mee. Et ego primogenitũ ponã illum: excelsum pre regibus terre.] In his duobus versibus absolute debellatur iniquitas iudeorũ. Quid enim euidentius: quid planius: q̃ vt esse credatur filiũ⁹ qui inuocat patrem: ⁊ rursum credatur esse pater qui appellat filium? Nam quãuis hec duo nomina relatiua sibi sint: vnumq; sufficiat dici: vt amborũ virtus posit intelligi: tamen vt omnem scrupulum ambiguitatis excluderet: vtraq; posuit: vtraq; firmauit: ⁊ adhuc nõ desinit iudeorum insana deuiare proterua: dum erroris causa fuerit sublata. Hec enim quartadecima species definitionis est: quam greci καταστου πρόσι: latini ad aliquid vocant: quotiens vnum nomẽ sic dicitur: vt aliud ex eo intelligi posse videatur.

Psal. 21.

Alt. quia

Alt. nostra

Alt. eos

Alt. apponet nocere ei.

Alt. visione sanctis

Alt. in potẽte

Joan. 14.

Matth. 28.

DEF

Sequiť. Et ego primogenitū ponā illū: excelsum pre
regibus terre. Perscrutandū etiā nobis est: quare di
xerit: Primogenitū: quasi vo pater sic genuerit sub
IDI stantialiter filiū vt subsequereť ⁊ alius. Sed hoc lo
cutionis genus scripture diuine cōstat esse proprius:
sicut est ⁊ illud in euāgelio de Joseph ⁊ Maria vbi
Math. j. ait: Et nō cognouit eā donec peperit filiū suū primo
genitū. Nūquid cōsequēs erit: vt virgo semp maria
DOG post dñm iesus christū alterū peperisse credať? Sed
bene diciť primogenitus: Cuius solus probeť ex pris
Apoc. 22. substātia genitus. Ipse enī dicit: Ego sum alpha ⁊ o:
nouissimus ⁊ primus: initiū et finis: princeps ⁊ origo
dauid: vt merito sermo iste q̄stionē hēre nō debeat:
quādo ipsus ⁊ principiū esse cōstat ⁊ finē. Ponā: cōsti
Psal. 2. tuā dicit: sicut in scō psalmo ait: Ego autē ordinatus
sum rex ab eo. Excelsus pre regibus terre: sicut in se
Psal. 71. ptuagesimoprimo psalmo dictū est: Et adorabunt eū
omes reges terre. [In eternū seruabo illi misericordiā
meā: ⁊ testamētū meū fidele ipsi.] Et hoc a forma di
ciť serui: ga misericordiā pris eterno videlicet bono
re suscepit: cui perpetua data est potestas in celo ⁊ in
terra. Testamētū vo fidele est illi: qn̄ quecūq; pphe
te de ipso predixerunt: integerrima veritate cōpleta
sūt. [Et ponā in seculū seculi semē eiº: ⁊ throni eius
sicut dies celi.] Seculū seculi: significat eternitatez.
Semen vo dauid: christus est dñs: qui in eterna glia col
locatus regnat cū patre ⁊ spiritu sancto per omnia se
cula seculoꝝ. Throns aūt eiº: potestas est futuri iu
dicij: que tāta veritate peragēda est: vt sanctis oibus
celesti claritate pfulgeat. Sciendū sane alios esse di
es illos qui sibi vicaria reuolutione succedunt: ⁊ illū
futurū qui cōtinua luce ppetuus est: de quo in octo
Psal. 85. gesimotertio psalmo dictū est: Quia melior est dies
vna in atrys tuis sup millia: vt merito dies celi sit di
Alt. autē ctus: qui obiectu telluris tenebras nō potest hēre no
cturnas. [Si th̄ereliquerint filij eius legē meā: ⁊ in
iudicijs meis nō ambulauerint. Si iustitias meas p
phanauerint: ⁊ mandata mea nō custodierint.] Dos
duos versus dicit de pplo christiano: qui vere dicunť
filij sponsi: qn̄ ecclia matre ex aqua ⁊ spiritu sancto
regeneranť. Isti si legē dñi derelinquāt: si in iudicijs
eius nō ambulēt: si iustitias ipsiº pphanauerit: si mā
data eiº nō custodierint: in subsequētibº digna eis p
mittiť euenire vidicta. [Uisitabo in virga iniqtates
eoꝝ: ⁊ in vberibºpctā eoꝝ.] Uenit ad sentētiā quā su
pioza minabanť. Uisitat in vga: qn̄ districte vidicet.
j. Corin. 4. Sic ⁊ apls scribēs corithys dicit: Quid vultis: in vir
ga veniā ad vos: an in charitate ⁊ spiritu māsuetudi
nis? Uisitat quoq; in verberibus: qn̄ in nobis leuius
vindicať. Aliter enī in virga pcutit: aliter flagella re
uerberāt. Qō vtrūq; fieri manifestum est in populo
christiano pro qualitate peccati: quibus trī pficit ad sa
Prouer. 3. lutē: sicut salomon dicit: Quē enī diligit dñs icrepat:
flagellat aūt oēm filiū quē recipit. Nā vide quid se
quiť. [Misericordiā autē meā nō dispgā ab eo: neq;
nocebo in veritate mea.] Cum supioza de mēbris di
xerit: nunc redit ad caput. Dicit enī: pater misericor
diā suā non se a chro dispergere: sed tota plenitudine
Col. 2. cōdonare: sicut apls dicit: In quo habitat ois pleniti
do diuinitatis corpaliter: id est substātialr atq; ma
nifeste. Siue qn̄ in corpore dñi plenitudo diuinita
tis habitare dinosciť: vnde ⁊ in trigesimo psalmo iā
dictum est. Sequiť: Neq; nocebo in veritate mea.
Promiserat enī in superioribus pater. Manus eniz
mea auxiliabiť ei: ⁊ brachiū meū cōfortabit eū. Et
quo modo poterat nocere: cui talia visus est pmisisse:
Et intuere qō dictus est: Neq; nocebo in veritate
mea. Naz ⁊ si inimici permissi sunt nocere: in verita
te patris nō est lesus filius: cuius passio totū mundū
glorificata cōpleuit. [Neq; pphanabo testamentuz
meū: ⁊ que pcedūt de labys meis nō faciam irrita.]
Hoc est qō superius dixit: Neq; nocebo in veritate
mea: qn̄ omnia veritatis ordine pstat fuisse cōpleta:
ga nec testamētū suū mentiendo pphanauit: sed re
rū fide honorabile fecit: dum que de labys eius pro
gressa sunt: id est: per sanctos pphetas predicauit nul
la falsitate destructa sunt. Cōpetenter enī pphete la
bia dicti sunt dñi: per quos ipse loqui dignatus est.
[Semel iurauī in sancto meo: si dauid mētiar.] Do
minū cōsuetudo est frequēter iurare vt eis possit ali
quis credere. Deus enī semel iurat: ga nulla varieta
te tēporis imutať. Iurare aūt illius dicimus esse: vē
tura pmittere. Nā cuius se religione cōstringat qui
nō bēt fortioreť: Dicit etiā: In sctō meo: idest in chro
qui dixit. Custodi aiam meā qn̄ sanctus sum. Addi
dit quoq;: Si dauid mētiar. Si: negatiue posituū est: Ps. 85.
qō etiā vtus cōis habet. [Semen eius in eternū ma
nebit. Et throns eius sicut sol in cōspectu meo.] Se
men christi: sunt omnes qui ei mente fideli credide
runt: ga in ipsis futurū regnum seminatū est: qō ven
tura messis ostendat: sicut ⁊ in vigesimoprimo psal
mo ipse dicit: Semen meū seruiet illi. Manebūt g Ps. 21.
sancti in eternū: qui in excellēti ac beata cōuersatio
ne demorantť. Unde illos pōe manere nō dicimus:
qui a regno dñi respuuntť. Throns autē dei: hic itel
ligendus est aīa fidelis: in qua reuera insidet: quādo
eā maiestatis suę illuminatione cōpleuerit. Sic eniz
scriptū est: Sedes sapientie: aīa iusti. Addidit: Sicut
sol in cōspectu meo erit: scilz aīa illa iusti quā sedem
diximus dñi saluatoris. Dicendo autē: Sicut sol: cō
parationē rerū visibiliū facit. Nam si magnū est de
creatura clarescere: multo meliº de creatore lucere.
[Et sicut luna perfecta in eternū: ⁊ testis in celo fide
lis.] Superius dixit de sole: qō ad aīam iusti diximº
pertinere: nūc de luna dicit: que humano corpori hic
conuenienter aptať: quia per varias etates attenuať
⁊ proficit. Sed ideo addidit: Perfecta: vt in illo spi
rituali corpore iam nō tēporale aliqd itelligeres: sed
de sola plenissima eternitate sentires. Nam ⁊ ipsum
corpus nostrum in eternuz sic claritate complebitur
vt luna perfecta: que luna: idest cōpago corporis nri
testis erit fidelis: vtiq; in qua pmissa cōplenť. Sed
vide quid posuit: In celo: id est: in sancto viro. Ipsoꝝ
enim corpora sic lucebunt: quoꝝ ⁊ anime diuina illu
minatione resplendent: sicut salomon ait: Fulgebūt Sap. 3.
iusti: ⁊ tanq̄ scintille in arūdineto discurrēt. Frequē
ter enim luna: ecclesie cōparatur. [Tu vo repulisti ⁊
† spreuisti: ⁊ distulisti christū tuum.] Hactenus chri Alt. displicisti
stus paterna voce laudatus est: nunc venit etban ad
quartam partē: in qua iam ex sua pona velut aduer
sa superioribus dicit. Ibi eniz chrm ab inimicis suis
pater asserit vindicandū: qō etiam iusiurandi pmis
sione confirmat: hic autē spretus ⁊ traditus esse me
morať. Qō duplici modo intelligendum est: vt illud
aduertamus ad resurrectionis gloriā ptinere. Siue
magis qō pater Augustinus inuenit: illud pertinere
dicamus ad dñm saluatorem: hoc autez ad dauid ser
uum eius: qui multis calamitatibus pbať afflictus:
quādo ⁊ chri nomē quod ab vnctione venit: vtrisq;
certū est puenire. Repulisti pertinet: vt mibi videť:

ad illā

ad illā parabolam quaz ei Nathan pphēta dixit. In
qua repulsus a dignitate regia: cuidā iniusto cōpara
tus est qui ouem pauperis deuorauit. Bene ergo di
ctus est repulsus: qui etiam pprio iudicio cōstat esse
damnatus. Spreuisti aūt dixit: ⁊ temptibilē esse feci
sti: quādo de regno eiectus a filio Absalon fugiēs nu
dis pedibus ambulauit: ⁊ increpationes filij gemini
sub durissimis opprobrijs sustinebat. Distulisti: non
2. Reg. 12. ad veniā ptinet: cui statim pphēta respōdit: Et dñs
abstulit peccatū tuū: sed dilatus est in tribulationib
suis q̄diu regnū repararet inuasum. Christū tuū: si
gnificat vnctū: qn̄ illo tēpore principes hebreoꝝ vn
gebanť in regē. [Auertisti testamētū serui tui: pro
Alt. sanctuarium phanasti in terra † sanctitatē eius.] Hoc iam ad gētē
ptinet iudeoꝝ: qō vsq; ad finē diuisionis exequitur.
Humanitatis enī more diciť: Auertisti: id est: in aliā
partē trāstulisti: vt qō iudeis fuerat pmissum: ad vti
litatē gentiū vtiq; pueniret. Nō enim eis remāsit sa
cerdos: nō tēplū qō pstat esse subuersum: sed christia
ni oia sunt plenissime pfecuti. Merito ergo dictum
est: Auertisti: quando pfidis ablatū: fidelibus pbať
esse concessum. Testamentū dixit serui tui: nō quia
Dauid testatus est: sed cui fuerat per testamentū na
tiuitatis domini dignitas comprōmissa. Sequitur:
ETY Prophanasti in terra sanctitatē eius. Prophanū di
ctum est irreligiosum: qō porro a phano: id est: a tem
pli reuerentia pellebať. Immolatio siquidem pecu
dū: ⁊ obseruātia sabbatoꝝ: que prius figuraliter age
banť: veniente veritate submota sunt. In terra eniz
qō dixit: itelligere debemus in toto orbe terraꝝ: vbi
Alt. sepes firmamētum Alt. non hꝫ est ecclesia catholica pstituta. [Destruxisti oēs † ma
cerias eiº: posuisti † munitiōes eius † in formidinē.]
DEF Maceria est que loca ad aliquā vtilitatē preparata
defensionis causa communit. Dec nō commixtione
rei alterius edificať: sed in parietis modū saxoꝝ trī
adunatione pstruiť. Ad cuius similitudinē ponit sim
plicē illā inuictāq; defensionē diuinā: quam necesse
fuit amoueri: vt gens iudeoꝝ potuisset hostiū incur
sione vastari. Pulcherrime aūt dictū est: Munitio
nes eius posuisti formidinem: vt culpis facientibus
ipm dñm formidarent: cuius solebāt munitione val
lari. Et nota q̄ per hos tres versus: in similibus so
nis exierūt verba diuersa. Dixit eniz: Repulisti: spre
uisti: distulisti: auertisti: pphanasti: destruxisti: posui
SCHE sti. Que figura diciť Homoeoteleuton: cuz similibus
litteris dictiones plurime terminanť. [Diripuerunt
eū oēs trāseuntes viā: factus est opprobrium vicinis
suis.] Status ille regni iudaici: ⁊ fide nosciť direptº
⁊ opibus. Nā per eū trāseūtes: sublatis facultatibus
eius religionis copias ad se violētissime trāstulerūt:
illi magis credētes ad quos corporaliter dñs nō ve
Isa. 29. nerat cōmonēdos: sicut ipse dicit: Populus quē non
cognouī: seruiuit mihi: obauditu auris obaudiuit mi
bi. Merito ergo iudei facti sunt vicinis opprobriuz
Alt. deprimē tium eum qui in dñz glorie credere noluerūt. [Exaltasti dexte
rā † inimicoꝝ eius: letificasti oēs inimicos eiº.] Ista
sine dubio pstigerūt: quādo iudei hostibus suis tradi
ti direptiones ⁊ cedes vastissimas ptulerūt. Tūc enī
letus efficiť inimicus: quādo eius volūtatibus humi
liať aduersus. [Auertisti adiutoriū gladij eius: ⁊ non
es auxiliatus ei in bello.] Merito ei gladius ille ad
iutoriū nō pbuit qui fortitudinē diuinitatis amisit.
Nam lz ferruz humana videať esse defensio: tamen
nihil pualet nisi euz dextera supna corroborет: sicut
Ps. 43. in alio psalmo iam dictū est: Nō enim in arcu meo
sperabo: ⁊ gladius meus non saluabit me. Sic ergo
populus ille armatus inermis effectus est: vt cū pau
ci plures vicerant: nec plures paucis resistere valuis
sent. [† Dissoluisti eū ab emūdatione: ⁊ sedez eius in Alt. Destruxisti.
terra collisisti.] Frequēter emundat diuinitas quos
flagellat: vt purgatū recipiat quē peccatis sordidum
respuebat. Quos vo ab emūdatione dissoluit: id est:
remouit: hos iam ⁊ damnare decreuit. Quapropter
illos hic significat iudeos qui obstinatione mentis
christum spernere maluerunt. Sedes quoq; eoꝝ in
terra collisa est: qn̄ respuētes regē dñz saluatorez: ne
quaq̄ de gēte sua principez vlterius habere meue
rūt. Sedes enī pro regno posita est. Que merito dici
tur in terra collisa: qn̄ diuisus populus atq; ⁊ fractus
particulatim toto orbe dispsus est. [Minorasti dies Alt. tēporis
† tēporꝝ eius: pfudisti eū ⁊ pfusione.] Status ille quez
diximus regni iudaici: cui pmissa fuerat si dño serui
ret eternitas: minoratus est vtiq; diebus angustis: qz
pollicitationē Abrae pmissam obtinere nō meruit.
Et merito in breuitatē redactus est qui sibi irrite lō
gā seriē pmittebat annoꝝ. Addidit etiā: Perfudisti
eū ⁊ pfusione: qz sordes illas icredulitatis sue in facie
sustinet: bodieq; dū inter gētes oēs abominabili bor
rore ⁊ pfusus: in vultu suo gestat opprobriū. Dec gdez
ethan: ille robustissimus mirabili veritate narrauit:
sed in his oibus nō agnouit dñm fuisse mentitū. Ille
eniz qō pmisit Dauid: id est: christo suo: oibus chri
stianis exhibuit. Nec habēt iudei que iuste murmu
rēt: qui se maluerūt a pmissione verissima segrega
re. [Usquequo dñe auertis in finez: exardescet sicut
ignis ira tua.] Etban venit ad quintā speciē: vbi dñz
breuiter rogat vt iudaico populo miseratus indulge
at: qz nullus est qui animā possit ab iferno liberare.
In finē hic: seculi terminuz debemus aduertere: qn̄
sicut sepe dictū est: expectať inumera puersio iudeo
rum: pptер illud qō ait aplus: Quia cecitas ex parte Roma. ii.
israel ⁊ pigit: donec plenitudo gētiū intraret: ⁊ sic ois
israel saluº fieret. Rogat ergo ne in finē auertať: qn̄
expectať fidelis agnitio iudeoꝝ. Addidit: Exarde
scit sicut ignis ira tua. Irascimur mediocriter: qn̄ ali
quē sermone corripimus. Exardescimus aūt ira: cuz
vindicare disponimus. Adiecit etiā: Sicut ignis: qui
obiecta psumit. [Memorare † dñe que mea substan Alt. nō hꝫ
tia: † nō enim vane pstituisti † filios hominū.] Ille Alt. nunquid
etban mētis firmitate roborатus: rogat dñm vt istā Alt. omnes
carnē peccatis obnoxiā aduentus sui gloria liberare
dignet: qz nō est ad hoc creata vt eā pmitteret quasi
vanū aliquid interire. Nā cū memor fuit substantie
nostre: ⁊ a morte filios hominū eripuit: ⁊ in spe ma
gne beatitudinis collocauit. [Quis est homo qui vi
uit ⁊ nō videbit mortē: † aut qs eruet animā suā de Alt. non hꝫ
manu inferi?] Quis est: interrogatiue legēdum est.
Que figura dicitur Erotema: id est: interrogatio: vbi SCHE
subaudiendum est: nullus. Omnes enim homines
siue iusti: siue iniusti: siue peccatores mortem vide
bunt: que primo homini inflicta est lege peccati: si
cut apostolus dicit: Propterea sicut per vnum homi Ro. 5.
nem in hunc mundum peccatum intrauit: ⁊ per pec
catum mors: ita in omnes homines mors pertransiуt
in quo omnes peccauerunt. Que nunc ideo comme
moraт: vt calamitatibus suis misericordiam creato
ris mereatur humana conditio. Unde qui originale
peccatum mala presumptione credere nolunt: quan
to se liberos ab hac conditione dicunt: tāto amplius
miserabili sorte constringūtur. Sequitur: Aut quis

eruit animam suam de manu inferi? Et hic quoq; subaudiendum est: nullus. De manu: id est: de potestate inferi. Nam cum omnes homines mori cõtingat necesse est vt ipsi animas suas de inferni potestate non auferant: nisi per illum qui nos de dominatione diaboli eripuit: ⁊ mortem moriendo prostrauit.
[Ubi sunt misericordie tue antique dñe: sicut iurasti David in veritate tua?] Uenit ad sextam partem: vbi dñm deprecatur: vt genti afflicte ⁊ humana conditione fragilissime debeat subuenire: ⁊ impleat promissiones quas se David fecisse noscebat. Ubi sunt: non sub dolore dicitur: sed quasi tardans dñs postulatur. Nam quēadmodum de illo dubitat: ⁊ cui dicit: In veritate tua? Scilicet vt cito prestet qd̄ eum nouerat esse factuꝝ. Antiquas enim misericordias illas dicit: quas Abrae patriarche fecisse retinebat. Antiquas enim non diceret: nisi ante dauitica tempora
Al. domine factas esse cognosceret. [Memor esto ꝓpprobrij seruoꝝ tuoꝝ: qd̄ cõtinui in sinu meo multaꝝ gentiuꝫ.] Ordo verboꝝ talis est: Memor esto opprobrij seruoꝝ tuoꝝ: id est: multaꝝ gentium: qd̄ cõtinui in sinu meo. Illi dicit: Memor esto: cui transacta vel futura presentia sunt. Sed more humanitatis hoc dicit: q dñs dum prestare differt: oblitus fuisse iudicatur. Opprobrium vo contigit seruis dei: quādo gentibus idoloꝝ amore raptatis: erant pro crimine christiani: ⁊ insecutione dignos iudicabant: quos noue culture studiosos esse cognouerant. Hoc erat in sinu christianoꝝ: id est: in secreto mentis affectu: q̄ palam timebant loqui: vnde ꝓbabant extingui. [Qd̄ exprobrauerunt inimici tui dñe: qd̄ exprobrauerunt cõmutationem christi tui.] Exponit qd̄ superius dixit: Opprobrium multaꝝ gentium. Exprobrauerunt enim sub imputatione legendū est: id est: imputauerūt: qd̄ magis credere ac predicare debuissent. Sed ne haberes ambiguum a quibus ista dicerentur: addidit: Inimici tui dñe: id est: idoloꝝ cultores: qui predicationibus sanctis aduersum ire modis omnibus festinabant. Repetit quoq; Qd̄ exprobrauerunt: ad exaggerationem sceleris eoꝝ: vt cõmutationes christi fidelibus imputarent: quā summa colere veneratione debuissent. Cõmutatio vo christi est: q̄ veterem hominem in nouaꝫ gratiā regenerationis euocauit: ⁊ de tenebris peccatoꝝ ad vere fidei lumen vsq; p̄duxit: q̄ mortali homini perhennis vite gaudia preparauit: ⁊ his similia: que dñs noster christus peccatoribus donare dignatus est. Ipsa est cõmutatio christi: que obstinatos deseruit: ⁊ fideles dono sue pietatis ascuit.] Benedictus dñs in eternum: fiat fiat.]
Post illam felicissimam sanctissimāq; cõmutationem: dignum fuit vt laus dñi subderet: qui eam imperitis agnosci contulisse moralibus. Pulchre autem contra maledictiones gentilium temporales postum est: Benedictus dñs in eternuꝫ: qm̄ que dicūt illi caduca sunt. Laus enim dñi pmanet in eternuꝫ: qui talia donare nouit: que nullo fine claudunt. Sequitur: Fiat fiat: vt de tantis promissionibus nemo dubitaret: vbi cõfirmatio iterata succederet: ⁊ tanq̄ subscriptio boni principis sacris iussionibus adderetur. Sed hoc magis ad psalmoꝝ laudem debemus accipere: non sicut quibusdam visum est: ad libri aliquam sectionem. Conclusio.

O vere robustum illum Etban: non corporis valitudine: sed animi firmitate constantem: qui preceptum nobis vite subscriptum: de illis sacris altaribus tanq̄ fidelissimus humani generis procurator explicuit. Nunc oremus vt qd̄ auribus pcepimus: mente condamus. Sic enim victoria nostra peragit: si post talia sacra non aduersuꝫ extraneos: sed ꝓtra nostra vitia litigemus: ⁊ respuētes que sunt terrena: queramus sine aliqua cunctatione celestia. Interpretatio enim istius nominis: fideles ⁊ patientes cõmonet christianos: vt nulla diuersitate frãgant: sicut aplus ait: huius maximū virtutis exemplum. De se enim dicit: In laboribus plurimis: in carceribus abundantius: in plagis supra modū: in mortibus frequentius. A iudeis quinquies quadraginta vna minus accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidatus sum: ter naufragium feci: nocte ⁊ die in ꝓfundo maris fui. Sequunt etiam cetere passiones: que istum Etban opere magis q̄ noie compleuerūt. En beate apostole: honoris tibi vicissitudo tributa est: vt sicut sanctā pdicationē tuā psalmoꝝ attestatione firmasti: ita ⁊ psalmi de tuis operibus exponantur. 2. Cor. ii.

Explicit expositio in psalmum. 88m.

Oratio Moysi hominis dei. LXXXIX.

Domine refugiuꝫ factus es nobis: a generatione in generationē. Priusq̄ montes fierēt aut formarēt terra ⁊ orbis: a seculo ⁊ in seculuꝫ tu es deus. Ne auertas hominē in humilitatē: ⁊ dixisti ꝓuertimini filij hominū. Qm̄ mille anni ante oculos tuos: tanq̄ dies hesterna que pterijt. Et custodia in nocte: que pro nihilo habent eoꝝ anni erūt. Mane sicut herba trãseat: mane floreat ⁊ trãseat: vespe decidat iduret ⁊ arescat. Quia defecimus in ira tua: ⁊ in furore tuo turbati sum⁹. Posuisti iniqtates nr̄as in ꝓspectu tuo: seculū nr̄m in illuminatiõe vult⁹ tui. Qm̄ oēs dies nr̄i defecerūt: ⁊ in ira tua defecim⁹. Anni nr̄i sicut aranea meditabūt: dies annoꝝ nr̄oꝝ in ip̄is septuagita annis. Si aūt in potētatib⁹ octogita anni: ⁊ ampli⁹ eoꝝ labor ⁊ dolor. Qm̄ supuenit mãsuetudo: ⁊ coripiemur. Quis nouit potestatē ire tue: ⁊ pre timore tuo irã tuã dinumerare? Dexterã tuã sic notaꝫ fac: ⁊ eruditos corde in sapia. Cõuertē dñe vsquequo: ⁊ deꝑcabilis esto sup ꝯuos tuos. Repleti sum⁹ mane misericordia tua: exultauim⁹ ⁊ delectati sum⁹ in oib⁹ dieb⁹ nr̄is. Letati sumus pro dieb⁹ qb⁹ nos humiliasti: annis qb⁹ vidim⁹ mala. Respice in ꝯuos tuos ⁊ in opa tua: ⁊ dirige filios eoꝝ. Et sit splẽdor dñi dei nr̄i sup nos: ⁊ opa manuū nr̄aꝝ dirige sup nos ⁊ opus manuū nr̄aꝝ dirige.

Non est dubium: sicut sepe diximus: talia noia titulis adhiberi: que textū psalmorū interptatione sua videant apire. In primis oratio posita est: per quaꝫ ira dñi suspendit: venia ꝓcurat: pena refugit: ⁊ premioꝝ

premioꝝ largitas impetrat. Cũ dño loquit: cũ iudice fabulat: ꝓsentē sibi facit quē videre non ꝑualet: ⁊ illū per eū placat quē suis actib⁹ vehemẽter exacerbat. Nec dñi quodāmodo ꝑstat secretū: ꝑbet suggestionibus locū: ad penetralia iudicis peccator admittit: ⁊ nullus inde respuit: nisi qui in ea tepidus inuenit. Qd̄ mauult petit: supra q̄ merē acquirit. Tristis ad eā venit: sed letus abscedit. Oratio ꝓppe sancta sic deuotos saluat: vt beatos reddat: dum criminosos accipiat. Innumera sunt huius bonitatis exẽpla: sed illud sufficiat: qd̄ ipse quoq; dñs exempla nobis vitalia tribuēs: orare dignatus est. Unde merito tali ac tãto viro ꝑmissa est oratio: qui frequẽter indignantē dñm mirabili supplicationis placauit exemplo. Nunc aūt psalmū tertiū esse nouerimus eoruꝫ
DOG qui orationē in titulo suo ꝓtinere mõstrant. Moysen enī illū celeberrimū viꝝ per quē dñs legē israelitico ꝓplo dedit: manifestū est ministrū fuisse testamẽti veteris: ⁊ ꝓpheta nouī. De ipso enim in euãgelio dicit: Si crederetis Moysi: crederetis ⁊ mihi: de
Joh. 8. me enī ille scripsit. Et q̄ vtraq; psalmus iste ꝓnūxit: merito illi tale nomē appositū est: qd̄ duo sacramẽta
INTER vi sui nois indicaret. Moyses ꝓppe interptat assumptus: eo q̄ de aqs a filia Pharaonis fuerit eleuatus: qd̄ ꝓpter mare rubrū israelitas significat: ꝓpter gratiam vo baptismatis ꝑtinet ad ꝓplm christianū. Additum est etiā: Dois dei: ne alteꝝ fortasse cõgitares: nisi eū qui diuinis colloquijs honoratus meruit esse primarius: vt iaꝫ nõ seruus: sed homo ipsius esse diceret. Hoc enī nõ de famulis sed de liberis dicimus
Exo. 33. ⁊ amicis: sicut ⁊ in Deuteronomio legit: Loquebat aūt dñs ad Moysen facie ad faciem: sicut loqui solet homo ad amicum suum. Diuisio.

Moyses vir sanctissimus: ⁊ opibus mirabilis: ⁊ colloquio diuino reuerẽdus. In prima sectione inchoat a laude iudicis: beneficis eius breuiter potestatēq; cõmemoras. Deinde ifirmitati nr̄e: quā ⁊ ipse multis modis ostendit postulat subueniri. Tertio exorat aduersū dñi saluatoris celeri⁹ ꝓnotescere: quez sciebat humano gẽri profutura ꝑstare. Expositio.

Al. in generationem Domine refugiū factus es nobis: a generatione ⁊ ꝓgenie. Moyses ille venerabilis in typo sancte ecclesie: quā ꝑfigurat ione gestabat: dño fusa oõne gratias agit: quod in hoc seculi salo factus fuerit eius insigne refugiū. Primū q̄ inter hebreoꝝ filios est vt moreret abiectus. Deinde q̄ regis egypticoruꝫ ꝑtulit nefanda certamina. Tertio maris rubri inaudita miracula. Postremū murmurãtis ꝓpli ꝓtumaciam formidãdã. Sed in his oibus factus est illi refugiū: cũ ab vniuersis discriminibus nosci esse liberatus. Merito ergo periculoꝝ suoꝝ recordatus tale cognosci fecisse principium. Ueꝝ vt hoc nõ tm̄ de vno hoie: sed de vniuersali ecclesia debuissemus aduertere: Nobis posuit: non mihi: qm̄ cuncte ecclesie que in hac seculi tẽpestate versat: tutissimū refugiū semp est dñs. Nam vide qd sequit: A generatione ⁊ ꝓgenie. A generatione: significat exquo generari cepit genus humanū. Progeniez vo dixit: vsq; ad finē seculi: cũ ꝓgenies sibi humani generis per etates singulas reparata succedit: ac si diceret: semper.
Al. aut Al. terra ⁊ or bis Al. non hz Mons [Priusq̄ fierēt mõtes ⁊ formarēt orbis terre: a seculo ⁊ vsq; in seculū tu es.] Quia in primo versu dixerat: Refugiū factus es nobis: ne tẽporalē aduertere esse deitatem: nunc de eius eternitate disseruit. Sed vt hanc phennitatē aptissime possimus aduertere: mõtes hic ponamus nõ aliqd terrenū: sed celorū potestates eximias: qm̄ de vniuersa terra subsequitur: vt reuera dicat dño ꝓgruẽter: Tu es: anteq̄ celestia terrenaq; formares. Istud enī prius non habet principiū: sed imensum atq; incõprehẽsibile esse declaratur: qm̄ ab ipsis quoq; principys prius esse dinoscit. Sequit: A seculo ⁊ vsq; in seculū tu es: q̄si ante
seculū aut post seculū nõ est deus. Sed hic: A seculo DOG
⁊ vsq; in seculū: eternitatē debemus aduertere. Hæc enī codices: Eternitatez habẽt: qd̄ patres nostri: A seculo ⁊ vsq; in seculū trãstulerūt. Tu es: cõpetenter dicit deo: q̄ nõ habet ꝑteritū: nec futuꝝ. Sic enim
⁊ ipsi Moysi dictū est: Dices filijs israel: Ego sum Exo. 3.
Quapropter pio domino semper dignū est confiteri qui nos ⁊ a periculis liberat: ⁊ splēdore sue pietatis illuminat. Miracula vo que fecit tempore incarnationis sue: per euāgelistas: ⁊ apostolos posteris dicit esse predicanda: sicut constat effectum. Memento autem: q; hic versus per quatuor diuisiones vsq; ad finem sine aliqua permutatione repetit: vt sicut de quatuor mundi partibus dicit ecclesiam congregatam: ita de totidem cardinibus orbis laudes misericordie ipsius deuotis mentib⁹ offerant. [Quia satiauit animam inanem: ⁊ animam esurientem satiauit bonis.] Inanis est anima: quādo peruersitatibus occupata: ad creatorem suū reuertī: nulla deuotione festinat. Animam vo esurientem dicit: quando iam diuina gratia visitata: ad domini desiderat venire medicinam. Quod factū est in gentibus que intentionem suaꝫ primū in idoloꝝ vanis desiderys occupabant. Tunc enim erant inanes ⁊ vacue: quādo bonis fructibus priuabantur eluse. Secundo esurientes satiate sunt: quando domini miseratione cōmonite: vota sua ad penitentie studia transtulerunt.
Al. vinctos [Sedētes in tenebris ⁊ vmbra mortis: ſvinculis ligati in mendicitate ⁊ ferro.] Gentium que ante aduentū domini fuerunt: in hoc versu vita describit. Sedebant enim in tenebris: quoniā vacuate lumine fidei: perfidie cecitate reddebant obscure. Et cū dicit: Sedentes: ostendit eas longo situ ibidem fuisse versatas. Umbra mortis fuit seculi istius vita vitiosa: que illius future mortis teterrimam portabat imaginem. Uinculis vtiq; ligati erant: qui dominatione diaboli: peccatorum tenebant nexibus obligati. Mendicitas: ad indigentiam boni pertinet: vbi multo grauior est oīno penuria: que non corpus sed quod est grauius animaꝫ probatur affligere. Ferrū significat duritiam maloꝝ: quoniam ferreū plerunq; dicimus: q̄ durū esse monstramus. [Quia exacerbauerūt eloquia ſdomini: ⁊ consilium altissimi irritauerūt. Et humiliatū est in laboribus cor eoꝝ: ſinfirmati sunt: nec fuit qui adiuuaret.] Intuendū est q; in his duobus versibus figura sit Parison: SCHE
id est: equatio sententie. Exponit enim in primo versu: quemadmodum peccauerint: ⁊ in secundo que receperint. Quod schema in hoc psalmo frequēter diligens lector inuenies. De illis enim dicit qui sedebant in tenebris ⁊ vmbra mortis: quia contra domini eloquia facientes in eius regulis viuere respuiebant. Et necesse erat vt paterentur iratū: quem iudicabant esse temnendū. Deniq; vide quid sequit: Et consilium altissimi irritauerūt. Irritauerūt plane: vt qui superbi in prosperitatibus extiterunt: in tribulationibus ⁊ angustys humiles redderent. Iustū cōsiliū: saluberrima medicina: vt morbus seculi: cōtrario remedy munere curaretur. Adiecit: Infirmati sunt: id est: a seculi presumptione deiecti sunt: vt facilius ad penitentie remedia peruenirēt si incitamenta contumacie perdidissent. Additum est: Nec fuit qui adiuuaret: subaudiendum: alter. Nemo enim prestat periclitanti: nisi cui omnipotens deus prece-
Al. doci.
Al. et SCHE

perit subuenire. [Et clamauerunt ad dominum cū tribularentur: ⁊ de necessitatibus eorum liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris ⁊ vmbra mortis: ⁊ vincula eoruꝫ dirupit.] Ecce quare humiliati: quare ſfirmati sunt: scilicet vt ad dominū clamarent: delicta propria confitentes. Silebant enim in elatione positi ⁊ velut insensata pecora nullū verbum salutare fundebant. Compunctio facta est: ⁊ tūc voce proficuam reddiderūt. Et inspice: misericordie domini quibus distinctionibus exponūtur. Primo de necessitate liberauit eos: qui premebantur seruitute diaboli. Deinde a superstitionum suaruꝫ tenebris eduxit animas peccatoꝝ sorde pollutas. Tertio non dixit vincula eorum soluit: sꝫ dirupit. Sic diaboli tyrannica potestas christo veniente dirupta est: vt nūq̄ in illam qua fuit dominationem redire preualeat. [Confiteantur domino misericordie eius: ⁊ mirabilia eius filys hominuꝫ.] Uenit ad tertiam sectionem vbi illū versum repetit quē in secūda parte iam dixit. Di sunt intercalares: quasi in medio calle positi ETY
id est: in carminis itinere constituti. Admonet enim liberatos gratias agere: quia ianuas peccatoꝝ ⁊ malo ꝝ omniū claustra virtus diuina confregit. [Quia contriuit portas ereas: ⁊ vectes ferreos cōfregit.] Hec est causa qua dicit domino confitendum: quia pro liberatione nostra portas eneas vectesq; confregit: vt ipso nobis viam prebente: vitam istam possimus sub securitate transire. Porte sunt enee: hominum psuetudines vitiose: que nos ita in peccatorū atrys recludunt vt exeundi nequeant prebere licentiam. Uectes autem ferreos: spiritus immundos non improbe videmur accipere: qui illas ianuas peccatorū ne circūdatos exire liceat obserare noscuntur. Hec enim duo metalla: pro fortitudine delictoꝝ videntur adhibita. Sed ista dominū viribus desperata: virtus diuina confregit: quādo periclitantes aduentus sui lumine miserata respexit. [Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias eiꝫ suas humiliati sunt.] Quis omnia dominus maiestatis sue presentia complere videat: tamen sic a peccatoribus longinquus reddit: vt non ei fiant proximi: nisi quando ad eū ipsius miseratione venerint corde compuncti. Sed quantū noceat ista desertio: patenter exponitur. Dicit enim: propter iniustitias suas humiliatos: nō illa humilitate vitali. Alia est enim humilitas que erigit: nō ista que deiecit. Humiliat quippe in interitū: qui ad illā nō meruerit peruenire medicinā. [Omnem escam abominata est anima
eoꝝ: ⁊ ſappropiauerūt vsq; ad portas mortis.] Ostū ad litterā pertinet: lāguētū cōsuetudo describit: qui per fastidia cibi: discrimē icurrere probant exitu. Sed hic spūalem escam: id est: legē domini ⁊ salutaria pcepta potius debemus aduertere: vnde fidelis anima viuit: ⁊ copia superna reficit: de qua impioꝝ mens exitiosa fame ieiuna est: dum egrotante anima bonaꝝ rex noscit sustinere penuriā. Grauis morbus ⁊ execrāda calamitas: diuine legis appetentiā nō habere. Nā vnde possit viuere: si suā vitaꝫ ceperit nō amare. Hinc factum est: vt ad illa claustra mortifera venirēt: que ideo nō sunt ingressi: quoniaꝫ erāt dñi miseratione liberandi. [Et clamauerūt ad dominū cum tribularent: ⁊ de necessitatibus eoꝝ liberauit eos.] Istū versum pstat esse repetitum: quoniam in simili causa vnam decuit esse sententiam. [Misit verbum suuꝫ ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos de

Al. appropiauerunt

iteritionibus eorꝝ.] Dic agnoscimus qualis languor
sit spꝑales delitias fastidire: vt sola celestis medici
presentia tale potuisset periculum egritudinis am-
putare. Uenit enim dominus saluator qui nos refi-
ceret ac sanaret: ne spirituales cibi ieiuna peccatorꝝ
corda consumerent. Nam quod ait: Misit verbum
suum: ad charitatez dicitur patris: nō ad imparilita
tem potentie. Nam mittit ꝛ a filio spiritus sanctus:
Joā. 16. sicut ꝛ ipe in euāgelio ait: Expedit vobis vt ego va-
dam. Si enim non abiero paraclitus nō ventet ad
vos. Si autem abiero: mittam eum ad vos. Et iterū
filius mittitur ab spiritu sancto: sicut Isaias de Chri
Isa. 61. sto ait: Spiritus domini super me: propter quod vn
xit me: euāgeliçare pauperibus misit me. Mittitur
etiam potior a minore: sicut tobias angelum misit.
Sed neqz minor est filius dum a patre mittit: nec
spiritus sanctus filio qm̄ ab eodem destinatur. Iste
siquidem sermo ad concordiam pertinet: non ad di-
IDI stantiam potestatis. Nam equalitatem esse in trini-
tate potēcie vel nature: in scripturis diuinis frequē-
ter asseritur: quod inter alios decēter a patre nostro
Augustino in libro testimoniorꝝ cōstat esse collectū.
[Confiteātur domino misericordie eius: ꝛ mirabi-
lia eius filijs hominū.] Quarta sectio repetitis ver-
sibus introit: quibus expositio predicta sufficiet. Cō-
moner autem sacerdotes: vt domino sacrificēt: ꝛ mi
Alt. enuntiēt rabilia eius populis non desinant ꝑdicare. [Et sacri
ficēt sacrificiū laudis: ꝛ †pnuntiēt opa eius in exul
tatione.] Dño sacrificiū reddit: qui letus hostiam
laudis obtulerit: qz multo prestantius est cuz bonis
actibus psalmodie illi iubilationes offerre: q̄z pecu-
dū victimas immolare. Nam qualia sacrificia sint
prebenda: consequenter exponit: scilicet vt predica-
tores beneficia eius tacere non debeant: quatenus
ꝛ ipsi reddant debitū: ꝛ fidelibus competens doctri
na mōstret. Sed qualis sit ista pronuntiatio aptis-
simo verbo declarat: id est: In exultatione: non tri-
stis: non diffidens: sed letus atqz promptissimus: vt
ab audientibus possit intelligi confidentia predicā
tis. Illa enim celerius acquiescimus credere: que do
ctores videmus fixa ꝛ grata mente predicare. [Qui
descendunt mare in nauibus: facientes operationez
in aquis multis.] Cum dicit: Descēdūt mare: signi-
ficat sacerdotes qui seculi istius procellosa descen-
dunt. Nam cum dicit: Descendūt: ostendit inferiora
loca esse seculi: ad que descendi posse testatur. In na
uibus aūt: vt sepe diximus: ecclesias significat: que
ligno crucis mundi istius tempestates enauigant.
Sic enim mare descenditur atqz transitur: si tutissi
mis nauibus isedeatur: vbi gubernator est christus:
vbi remiges apostoli: ꝛ sanctorum pontificum beata
collectio. Sequitur: Facientes operationē in aquis
multis. Adhuc in eadem comparatione persistit. Sa-
cerdotes sunt enī: qui opant̄ in aqs multis: id est: p-
dicāt populis christianis. Aquas enī m'ras: populos
significare nō dubiū est: quādo in apocalypsi: qd es-
lent aque iterrogāti ioāni: responsum est: Populi
sunt. Qui aūt verior pōt esse itellectus: nisi quē tāte
vitatis ꝓfirmat auctoritas: [Ipsi viderūt opera do
mini: ꝛ mirabilia eius in profundo.] Ipsi predicato
res qui operas eius spirituali intelligentia cognoue
runt: vt mare rubrum: baptismum: vt Jone tridua
nam illam ferini ventris innoxiam habitationem:
sepulchrum domini significare cognoscerent: ꝛ his
similia: que scripturarum diuinarum prefiguratio-
nibus agebantur. Eoqz fit vt mirabilia eius in pro-
fundo respiciāt: qui operas eius spirituali estimatio
ne considerant. [Dixit ꝛ stetit spiritus procelle: ꝛ ex
altati sunt fluctus eius. Ascendunt vsqz ad celos ꝛ
descendunt vsqz ad abyssos: anima eorum in malis
tabescebat.] Ne illi quos superius dixit operam do
mini in profundo posse conspicere aliqua elatione
turgescerent: nunc eorum procellas ꝛ fluctus conse-
quēter exponit. Dixit ꝛ stetit spiritus procelle: signi-
ficat quando dominus tempestates tribulationum
nostraꝝ pia miseratione suspendit: ne malis crescē-
tibus obruamur: sed iterum nisi ipso protegente li-
beremur. Hec dilatio nobis fit maioris causa peri-
culi. Exaltantur enim fluctus in mētibus humanis
quādo putamus meritis nostris attribui: vnde sola
videmur diuina gratia posse liberari. Sed isti flu-
ctus narratione pulcherrima describunt̄. Ascendūt
enim vsqz ad celos: quādo seculi elationibus erigū-
tur. Descendunt vsqz ad abyssos: cū in desperationē
metumqz peruenerint. Et vide quid sequitur: Ani-
ma eorꝝ in malis tabescebat: vtiqz: qm̄ vsqz ad pro-
fundas abyssos formidine faciente descenderant.
Tabescebat enim ꝛ in bono positum est: sicut. 38° Pōs. 39.
psalmus dicit: Et tabescere fecisti sicut araneaz aiaz
eius. Sed hic ideo additum est: In malis: vt in qua
parte sit positum absolute debuisset intelligi. [Tur
bati sunt ꝛ †commoti sunt sicut ebrius: ꝛ omnis sa- Alt. moti
pientia eorꝝ deuorata est.] De ipsis adhuc dicit: de
quibus superius ait: Anima eorum in malis tabesce
bat. Turbati sunt: ad confusionem pertinet sensus.
Cōmoti sunt: ad iras protinus euomendas. Quapro
pter taliū sapientiā dicit esse deglutitam: qz sapien-
tia non potest nisi apud quietos ꝛ imperturbatos in
ueniri. Sapientia eorꝝ bene de illis dicitur: qui sibi
ante videbantur esse doctores: sed eam ꝓstat esse de-
glutitam: que perturbatis mētibus non preualet ap
parere. His ergo exemplis monentur sacerdotes: vt
domino supplicent: quatenus cor eorꝝ in humilitate
consolidet: ne diabolicis tentationibus ventilentur.
[Et clamauerunt ad dominū cum tribularentur: ꝛ
de necessitatibus eorum †liberauit eos. Et statuit Alt. eduxit
†procellaz in auram: ꝛ siluerunt fluctus eius.] Illi Alt. procellas eius
velut ebrij: quorum sapientia deglutita videbatur:
clamore salubri ad vitalia consilia redierunt ad do-
minum quippe conuersi: ceperunt esse iam sobrij.
Quid autem egerit auxiliaris clamor exponitur. Et
de necessitatibus eorum liberauit eos. Ipse autē ne-
cessitates: quemadmodum remote sint: allegorica
descriptione narrantur. Sequitur enim: Et statuit
procellam in auram: ꝛ siluerunt fluctus eius. Tem-
pestas illa seuissima que ab humana fragilitate non
poterat sustineri: in auras iussa disparuit: confestim-
qz fragor ille seuientium malorum imperio domi-
nantis obmutuit. [Et letati sunt †quod siluerunt:
ꝛ deduxit eos in portum voluntatis eorum: †ꝛ de Alt. quia
necessitatibus eorꝝ liberauit eos.] Dicit quod solet Alt. nō hēt.
post pericula laboze fessis emergere: vt se gaudeant
ingenti clade liberatos: quando ad portum ceperint
venire tutissimum. Portus enim: a portandis naui-
bus est dictus. Subiungitur repetita quidem sed ni ETY
mis grata cōclusio: vt de necessitatibus cūctis libe-
rare animus estuantis. [Confiteantur domino mi
sericordie eius: ꝛ mirabilia eius filijs hominuz.] Ue
nit ad quintā sectionē: vbi gratias agere dño sanctā
monet ecclesiā: qz diuersa beneficia humano generi

pius miserator indulsit. Sed inspice quod eun-
dem versuz quarto repetit: vt quadrifaria illa mū-
di diuisio: quaz superius dixit: A solis ortu ꝛ occasu:
ab aglone ꝛ mari: bis concordās ptib⁹ redderet: q̄te
nus fidelis ꝓfessio vbiqz eadē: vbiqz celeberrima cā
tarē. Cōgruebat enī: vt vnā religionē: vnū populū:
vnā ecclīam: vna quoqz sanctitas ꝑdicationis inclu
Alt. senioruz deret.] Et exaltent eum in ecclesia plebis: ꝛ in ca-
thedra †senū laudent euz.] Exaltare dicit dñm: qui
supra omnes celoꝝ terrarumqz potestates excelsus
est: nō qd̄ illi quicq̄ possit addi: sed vt nos in ipsius
exaltatione debeamus augeri. Nā quando eum co-
gitamus atqz laudamus: imensus ꝛ incomprehen-
sibilis apparet altissimus. Dic aūt plebez: nō qd̄cun
qz abiectū hoiuz genus debemus accipere: sed illam
nobilē vera religione pollentes que dñm religiosis
actibus semp exaltat. Nā cum dicit: Et in cathedra
senioꝝ laudent eum: omnes doctores p̄cipit laudes
dñi personare qui in cathedra sedere ho-
scunt̄: id est: qui successores veteꝝ pōtificuz esse me
ruerūt. Cathedram siquidez doctoribus dari: in pri-
Alt. nō hz mo psalmo sufficienter expositū est. [†Quia posuit
flumina in desertū: ꝛ exitus aquaꝝ in sitiz.] Causaz
reddit quare debeat dño ꝓfiteri turba fidelium: qz
reprobata perfidia iudeorꝝ: omnis plenitudo venit
ad ppl'm christianuz. Illa siquidem flumina: id est:
prophete vel apostoli: non credētibus iudeis ad de-
serta gentiū transferūt. Naz cū verba dei cōrumar
populus hebreorum spꝑaliter nequaq̄ suscipere vo
luisset: velut fons irriguus diriuat⁹ ad gētes omnis
diuinus sermo translatus est: ꝛ facti sunt vberrimi:
qui prius siccati fuerāt ariditate peccati. Mirabili-
ter aūt dictum est: Exitus aquarū in sitim: id est: ad
gētes que aquas celestes sitienter haurirent: non vt
Alt. salsuginē iudei exitiabili cōtemptu respuerent. [Terraz fru-
ctiferam in †salsilaginez: a malitia inhabitantiū in
ea.] Quia prius dixerat gentiū euocationē: que per
tinet ad christianos: nūc dicit expulsionem iudeorꝝ:
que illis per supbiā prouenisse declarat. Terra enī
erat fructifera: quando supra religione florebat: sed
facta est salsilago: cuz dñi p̄cepta ꝓtempsit. Dumor
enīz salsus fructibus probat̄ aduersus: qz vbicunqz
dñatus fuerit: gratiam fecunditatis intercipit. Sed
quare illis ꝓtigerit: causa subiūcta est: propter mali-
tiam scilicet eorꝝ qui terrā illam fructiferam: id est:
dñi tabernaculū: subdolosis mentibus habitare vi-
debant̄. [Posuit desertum in stagna aquaꝝ: ꝛ terrā
sine aqua in exitus aquaꝝ. Et collocauit illic esurie
tes: ꝛ ꝓstituerūt ciuitatē habitationis.] Iste versus
ad populū pertinet christianum: quozū siccitati sa-
cri baptismatis data est vnda salutaris. Stagna enī
pro fontibus ecclesiarū arbitror posita: a quibus su-
scepta aqua: quieto lacu retinetur: donec noue rege-
ETY nationis dignitas impleatur. Stagna siquidez: ab
stando dicta sunt. Terra enim sine aqua: incredula
significat corda gentiliū: que rigata vnda baptisma
tis sancta ꝑdicatione florueruūt. Sed in isto benefi-
cio illi collocati sūt: qui dñi munera gloriosa nimis
auiditate complexi sunt. Ciuitas aūt habitationis:
est ecclīa catholica: in qua firmiter se ꝓstituunt: qui
supernis iussionibus obsequunt̄. [Et seminauerūt
agros ꝛ plantauerūt vineas: ꝛ fecerūt fructū natiui-
Alt. cio tatis. †Et benedixit †eos ꝛ multiplicati sūt nimis:
Alt. mioz auit ꝛ iumenta eorum non sunt †minozata.] Seminant
agros: ꝛ plantant vineas: qui corpora sua mundatis
sentibus peccatorꝝ: celesti institutione purificant: vt
fructus illos inueniāt qui dño placere noscunt̄. Fe-
lix laborꝝ puentus mirabilis: sic operari vt redēptor
gentiū placatus possit agnosci. Ager enīz dictus est: ETY
ab agendo: quod ibi diuersa victus causa peragant̄.
Addidit: Et fecerūt fructuz natiuitatis: ꝛ benedixit
eos ꝛ multiplicati sunt nimis. Fructus a fruēdo di-
cit̄: ꝛ ideo qui fructuz spiritualē faciunt: benedictio
ne domini perfruūtur: quos vo infecūdos esse ꝓti-
gerit abscidunt̄: sicut euangelij illa ficulnea: que lu-
xuriātibus folijs sterilis videbat̄ in pomis. Multi-
plicati sunt aūt: quando fideles benedicti sanctas
operas intulerūt: ꝛ gliosiores facti sunt per dei gra-
tiam fecunditate meritorum. Sequitur: Et iumen-
ta eorū non sunt minorata. Jumēta simplices homi-
nes debemus accipere: fidei quidez probitate pollē
tes: sed nulla disertitudine gloriosos: meliores vita
q̄z lingua: plurimū valentes nō sermone sed corde:
qualem paulus legimus simplicem qui demonibus
imperauit. Tales ergo non sunt minores facti: qui
magnam vident̄ domini gratiaz consecuti. Sic ista
hominum duo genera: habere sanctā testatur eccle-
siam.] †Pauci facti sunt: ꝛ vexati sunt a tribulatio Alt. Et
ne malorū ꝛ doloze. †Et effusa est ꝓtentio sup prici Alt. nō hēt
pes eorum: ꝛ †seduxerunt eos †vana eorū: ꝛ sedu- Alt. errare fecit
xit eos in inuio ꝛ nō in via.] In his duobus versib⁹ Alt. nō hēt
illos describit qui heretica prauitate decepti: ecclīaz
domini derelinquunt: de quibus Joannes aposto-
lus dicit: A nobis exierūt: sed nō erant ex nobis. Nā
si essent ex nobis: mānissent vtiqz nobiscū. Isti ergo
pauci fiūt: q̄z multi sibi esse videant̄. Nā ad illaz
vniuersalem ecclesiā cōparati: oīmodis probantur
exigui. Di vexati sunt a tribulatione malorum ꝛ do-
loze. Uexati vtiqz: quādo eos diabolice insidie per-
culerūt. Necesse est enīz hos doloz ꝛ tribulatio sub
sequat̄: qui auctorem salutis reliquisse noscunt̄. Se-
quitur: Et effusa est cōtentio super principes eorum.
Breuiter sacerdotes hereticoꝝ designati atqz nota-
ti sunt: a quibus merito dicit̄ effusa ꝓtentio: qz nō sa
lutari doctrina: sed tm̄ mortifera loquacitate cōtē-
dunt. Quippe qui scripturas diuinas locis aliquib⁹
suscipiūt: ꝛ pro parte maxima derelinquunt: hi qm̄
sua vanitate seducti sunt: per inuios labunt̄ errores
Quippe qui viā salutis deserūt: ꝛ tortuosis semitis
immoratur: Audiant ergo vbi ambulant: ꝛ quo pos-
sint peruenire cognoscant. [Et adiuuit pauperez de
inopia: ꝛ posuit sicut oues familias. Uidebunt re-
cti ꝛ letabuntur: ꝛ omnis iniquitas †oppilabit os Alt. eorum
suū.] Superius de arrogantibus hereticis dixit: nūc
ad humiles catholicos redit: principes illorum ieiu
nos deserēs, ꝛ istorum pauperes adiutorio celesti re
ficiens. Iste enim pauper: est vnus in omnibus qui
mundanis illecebris derelictis: continue ianuam ce
lestis misericordie pulsat: vt in illam familiam me-
reatur admitti: que sicut oues innoxie simplicitatis
honore decorantur. Hoc cuz sancti viderint sine du
bitatione gaudebūt: qz fidele respiciunt suis cetib⁹
acquisitū. Quo facto diaboli iniquitas obmutescet:
quando electis domini nouerit quod possit opponi.
[Quis sapiens ꝛ custodiet hec: ꝛ itelliget misericor
dias domini.] Mirabilis psalmus: ꝛ decoro fine cō
clusus est. Quis sapiens: ac si diceret: Qui vere sapi
ens est: custodit ista que dicta sunt: vt christi se ma-
gis velit esse pauperē: q̄z hereticoꝝ p̄ncipē: vt eligat
se celestis regis pulsare ianuā q̄z docē vba nocentia.

Iste enim qui potuerit sic eligere: sic iudicare: tunc accipiet misericordias domini: que nullo possunt tempore terminari.

Conclusio.

Licet omnia psalmi huius: suaui fuerint pdicatione narrata: ille tamē locus animum meum precipua delectatione permulsit: qui dei ecclesiā breui complexione de cunctis dicit mundi partibus adunandam. Ait enim: De regionibus congregauit eos. A solis ortu ⁊ occasu: ab aquilone ⁊ mari. Sed operepretium est: hunc versum paulo diligentius perscrutari. Est enim astronomice discipline optimus indicator. Dicendo enim quatuor cardines mundi: schemate quadranguli: terrarum orbem depinxit. Hunc autem psalmum a doctissimo patre Augustino reperi fuisse diuisum: quem ita se populo commemorat explanasse: vt: eū iam nō adeo crederet: exponendum. Hoc nos quātū cōcessum est imitantes: vniuersos psalmos adhibitis diuisionibus credidimus partiendos: iudicantes explanationib⁹ nostris non minima prebere solatia: quod tanti patris monstrauit auctoritas.

ASTR

Explicit expositio in psalmum. io6m.

¶ Canticum psalmi Dauid. CVII.

Paratū cor meū deus paratum cor meū: cantabo ⁊ psallam in gloria mea. Exurge psalterium ⁊ cithara: exurgā diluculo. Cōfitebor tibi in populis domine: ⁊ psallā tibi in nationib⁹. Quia magna est super celos misericordia tua: ⁊ vsq3 ad nubes veritas tua. Exaltare sup celos deus: ⁊ super omnē terrā gloria tua: vt liberentur dilecti tui. Saluū fac dextera tua ⁊ exaudi me: de⁹ locutus est in scō suo. Exultabo ⁊ diuidā sicimā: ⁊ cōuallem tabernaculoꝝ dimetiar. Meus est galaad ⁊ me⁹ est manasses: ⁊ effraim susceptio capitis mei. Juda rex me⁹: moab lebes spei mee. In idumeam extēdā calciamentū meum: mihi alienigene amici facti sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitā: quis deducet me vsq3 in idumeā? Nōne tu deus qui repulisti nos: ⁊ non exibis deus in virtutibus nostris? Da nobis auxiliū de tribulatione: qr vana salus hominis. In deo faciemus virtutez: ⁊ ipse ad nihilū deducet inimicos nostros.

In hoc psalmo pergrēda nouitas inesse cognoscit: qm̄ eū de gnquagesimi sexti: ⁊ quinquagesimi noni partib⁹ constat esse cōmixtū. Sed cū ipsa verba sint posita: que in illis ante iā dicta sunt: ad intellectum tm̄ aliū pducunt: qm̄ mutatus titulus: qui semper cōtinētiā psalmi indicare mōstrat: aliter partes ipsas q̄ supius dicte sunt pſuadet intelligi. Cāticum enī frequēter diximus ad diuinarū rerū cōtemplationem referri. Psalmū vo ad actuales operas: que tm̄ diuinis noscūtur ꝓuenire mandatis. Qō in primo versu etiā ipse testat: Cātabo ⁊ psalmū dicam dño. Dauid autē: significat regē Christū: qui in hoc psalmo locuturus est. Quapp singula magna debem⁹ itētione pquirere: qm̄ psalmi in qb⁹ ex psona sua log dignat: reuerētissima subtilitate pfundi sunt: vt tāti secreti dignitas dēsiore velamine ptegat. Diuisio.

Er totum psalmum: sicut dictū est: loquitur dom⁹ Christus: Primo ordine: per id qō homo est: paterne glorie gratiā laudis exoluens: qm̄ suscipiens mirabile passionis arcanū: resurrexit in gloriaz sempiternam. Secūdo humiliat se per humilitatē suā: vbi tamē ⁊ potētiā ppie maiestatis ostēdit: vt duas naturas veraciter in vna dñi Christi cognoscas esse psona: nō q̄ in duos filios diuidat Christ⁹: sicut quorūdam sentit impietas: sed q̄ vnus atqz idē filius dei: nūc fm carnē pro nobis assumptā: nunc fm potētiā verbi loquat ⁊ gloriā. Discerne enīz naturas taz dei q̄ hominis: ⁊ oia sine offensione transibis: sicut a patribus sub breuitate preceptuz est: Da passiones carni: da diuinitati miracula.

Expositio.

Paratū cor meū deus paratum cor meū: cantabo ⁊ †psalmum dicā dño. Sanctitas illa gloriose incarnationis: duz suam puritatē refert quēadmodū laudes dño dicant ostēdit. Paratus enī ille ad talia semp erat: qui ad pconia patris peccatoꝝ discrepantiā nō habebat. Nā ⁊ ipsa repetitio cōfidētiā pmissionis oñdit: qr firmissime ꝓstat dici: qō repetita noscitur pfessione solidari. Sed qō ille vere de se promittit: nos bene dicim⁹ si nobis peccata relaxari ipsius munere cōfidamus. Sequitur: Cātabo ⁊ psalmū dicā dño. Merito ille de se talia dicebat cuius ⁊ sermo ⁊ actus diuinis regulis cōsonabat. In illo siquidem psalterio non erat chorda minus: nec vox eius aliqua maloꝝ actuū raucedine perstrepebat: sed iocunda exultatione cū spirituali cātico iūgebat ⁊ opera: eratq̄ illud dulcisonū reuera psalteriū: quod sanctis modulationibus consonaret. [†Exurge gloria mea: exurge psalteriū ⁊ cithara: exurgam diluculo.] Postq̄ se dominus Christus fm carnē patri cantare dixit ⁊ psallere: nunc ait: Exurge gloria mea: que per psalteriū indicatur ⁊ cithara. Psalteriuz ad morum pertinet probitatē. Cithara ad afflictionē corporis ⁊ dolorem: per hoc ostēdens ⁊ actus laudabiles ⁊ gloriosissimaz passionē. Addidit: Exurgā diluculo. Pulcherrimus sequitur ordo dictorū. Nam post significationem passionis: hoc necessarie de resurrectione dñi probatur intelligi: qr tali tēpore: euangelio teste: surrexit a mortuis. Qō si hoc ⁊ de mēbris eius velis accipere: etiā de quolibet fideli cōgruenter aduertitur: qr diluculo semp exurgit: qui pus operibus in ecclesia dñm laudaturus assistit. Nam lz profunda nocte vigilet: nescit tenebras pati qui tāto radiat splēdore precony. [Cōfitebor tibi in populis dñe: †psalmum dicā tibi †inter gentes.] Dis dictis vniuersalis significatur ecclesia: qr sicut sepe dictū est: primū multi de iudeo populo crediderūt: postea intromissa est gētiuz plenitudo. Et vide quēadmodū singulas causas: cōgruentia verba distinguant. Cōfiteri se dicit in populo iudeorū: vbi propria voce locutus est. Psallere aūt in gentib⁹: ad quas directi Apli mādata ei⁹ scis pdicationibus ipleuerūt: se dicēs reuera psallere: qō per ministros suos cognoscit effecisse.

Alt. psallā in gloria mea

Alt. nō hēt

Alt. tē psallā

Alt. i nationibus

[Qm̄ magnificata ēvsq3 ad celos misericordia tua: ⁊

Alt. quia magna ē sup

Evsq3 ad nubes veritas tua.] Hoc quoq3 dicitur patri. Magnificata est enīz misericordia eius vsq3 ad celos: qm̄ supne potestates eius beneficiis pfruūtur. Nam lz bonoꝝ angeloꝝ ⁊ diuersarum potestatū: sūma dignitas habeat: ipso tm̄ prestāte beati sunt. Magnificata est aūt vsq3 ad nubes veritas eius: qm̄ predicatores vbi: velut imbrifere nubes infideles populos cōpluerunt. [Exaltare sup celos deus: ⁊ sup oēm terram gloria tua.] Hoc excolit qō supius dixit: qm̄ pmisit magnificatā esse vsq3 ad celos misericordiā dñi: secutū est: Exaltare sup celos deus: vt cuius misericordiam manifestū est celestia cōtinere: iuste super celos debeat exaltari. Et iterū qz dixit: Usq3 ad nubes vitas tua: merito subiūctū est: Et sup oēm terram gloria tua. Ipsa enī se euidēter exponūt: que alterutra declaratione pādūtur. [Ut liberētur dilecti tui. Saluum fac dextera tua ⁊ exaudi me.] Uenit ad secūdā narrationē: quā diximus quinq̄gesimo noni psalmi esse vltimā partē. Uñ merito hic facta diuisio est: vbi ps alterius psalmi noscit esse coniūcta. Et vt euidēter intelligas passionē dñi ad vtilitatez fidelis populi fuisse collatā: saluuz se fieri deprecat: vt credētiū turba libereē. Quod tēpore resurrectionis euenisse nō dubiū est: qm̄ Apli vel oēs credentes deitatē dñi saluatoris tali manifestatione senserūt.

[Deus locutus est in sancto suo. †Letabor ⁊ diuidā sicimā: ⁊ cōuallē tabernaculoꝝ †metibor.] Per hūc ⁊ alios tres versus qui sequuntur: mixta grecis latinisq3 sermonibus: figurā faciūt Sardismos: que fit diuersarū cōmixtione linguarū: sicut iam in gnquagesimonono psalmo dixim⁹. Nūc ad exponēda verba redeam⁹. Cū dicit: In sancto suo deū locutū: se significat euidēter. Et intelige quā viz habeat: in sancto suo. Nō enim dixit: per sanctū suū: sicut per prophetas: per apostolos aliosq3 qui dño placuerūt. Sz hic dicit: in sancto suo: vt verbū caro factū vna volūtate cum patre loquereē. Sequitur: Letabor ⁊ diuidam sicimā. Significationes oium istorū nominuz sollicite debemus exquirere: qm̄ occultarū rerum reuelare nobis probātur arcana. Sicima: interpretantur humeri. Humeri aūt: significāt opa gbus annitētibus atqz gubernātibus solemus aliqd manib⁹ operari. Sensus ergo talis est: Post resurrectionē suam letaturū se dicit: qm̄ operā. i. gratiaz suā Apostolis ⁊ fidelibus diuisit: qui passionis ipsius ⁊ predicationis gloriā sunt secuti. Addidit: Et cōuallē tabernaculorum metibor. Cōuallē: significat humilitatē. Tabernaculozum: ecclesiarū dicit: quarū spāliter sanctissimam ꝓstat esse virtutē. Hāc ergo humilitatē metitus est dñs: qm̄ vnicuiqz fideliū ꝓut voluit carismatum dona distribuit: sicut dicit Apl's: Unicuiqz autē nr̄m data est gra fm mensuram donationis Christi.

Ephs. 4.

[†Meus est galaad: ⁊ me⁹ †manasses: ⁊ effraim †fortitudo capitis mei. Juda rex meus.] Galaad: latina lingua dicit trāsmigratio: que reuera dñi est: qm̄ gentes ipsi⁹ vocatione cōpūcte: ad eum feliciter emigrarunt. Manasses interpretat obliuio: quo vbo significat ppl's iudeoꝝ: qui oblitus bñficia diuina: Christū dñm sacrilega pſumptione crucifixit: postea tm̄ eius miseratione ad ipsi⁹ religionez culturāqz remeauit. Sic vtrūqz populū: noūz istoꝝ cōmemoratione suum esse testat. Sequitur: Et effraim fortitudo capitis mei: iuda rex me⁹. Istud de sua passione locutus est. Effrē: fructificatio dicit. Significat enī coronaz spineā: quā supra caput ipositā in sua passione suscepit. Dec fertilis vltra oēs fructus fuit: vt totū munduz illa humilitate lucrareē. Judā vo regē iuste suuz dixit: qz de eius origine carnis ꝓpagatione descendit.

Alt. exultabo
Alt. dimetiar
Alt. est
Alt. susceptio

[Moab †olla spei mee. In idumeā extendā calciamentū meū: mihi †allophili subditi sunt.] Moab: sicut Hieronymo placet: significat ex pre: qō est sine patre. Uñ diabolū vult intelligi qui malis opationibus deū nō habet prez: sed iustū iudicē. Iste ergo olle cōparat que carnes susceptas decogt ⁊ in quādaz suauitatē feruido vapore pducit. Sic ille sibi traditos icessabili ꝓsumatione castigat: eosq3 nolēs in humilitatē ꝓfessionis assidua iesecutione pducit. Ergo more humanitatis: dñs dicit de diaboli psecutione spem sibi eē: qz multi q̄s ille festinat affligē: cōuersi nitunt ad dñi bñficia remeare. Sequtur: In idumeā extēdā calciamētū meū. Idumea: terrena significatur: ⁊ sāguinea: que dñs per euāgely pdicationē possesurū se eē significat. Calciamētū enī i gnq̄gesimo nono psalmo: euāgeliū dixim⁹ significari: qō dñs vsqz ad boies terrenos extēdēs: legē suā mūdū vniuli pdicatione cōpleuit. Adiecit: Mihi allophili subditi sunt. Allophili: alienigene iterprantur. Significat aūt populū christianū: qui de diuersis gētib⁹ ipsi⁹ miseratione collect⁹ est. Subditos enī qō dicit: futuros fideles eē testat. [Quis deducet me in ciuitatē munitā: †aut qs deducet me vsqz in idumeā?] A pte humanitatis aptissima iterrogatio ꝓmittit: vt ꝓsequēs rñsio subsequat. Negat enīz hoīum se solatio pduci posse: vbi ipse ad liberandos fideles suos desiderat puenire. Ipsa enī nā hoc bum ilr dicit: que ait: Deus de⁹ me⁹ respice in me: q̄re me dereliqsti. Ipsa que dixit: Qui misit me maior me est. Ad postremum que ait: Pater si fieri pōt trāseat a me calix iste. Ab ipsa enī parte: totuz humiliter accipit: vt hō de⁹ pfectissimus sentiat. Ciuitas munita: forte significat ifernū: quā nulla humana vis potuit aperire: nisi qui portas ei⁹ cognoscit ifregisse. Uñ in pcedēti psalmo dictuz est: Quia ꝓtriuit portas ereas: ⁊ vectes ferreos cōfregit. Urbs ad suscipiēdū patēs: ad dimittendū clausa ꝓsistēs: que tūc munitionis sue legē pdidit: qm̄ eā gētium redēptor itrauit. Nā portas in malo ⁊ in bono poni: psalm⁹ xz⁹ testatur: qui ait: Tollite portas pncipis vestri: ⁊ eleuamini porte eternales. Idumeaz: diximus: terrena significare: ad que dñs post resurrectionē venit: qm̄ inestimabili glia patefacta vniuersis gētib⁹ oipotēs inotuit regnator. Ipso enī modo ⁊ ista petit fieri: sicut illa que supius dixit. [Nōne tu de⁹ qui repulisti nos: ⁊ nō †egredieris deus in vturibus nr̄is.] Secuta est illa quā in supior vsu suspenderat absoluta ꝓfessio: qm̄ hec que in resurrectione facta sunt: a sola potuerūt deitate cōpleri. Quis enīz claustrū mortis ifrīgeret: qs ianuas munite ciuitatis apiret: nisi ipse dñs Christus: qui ꝓtra ordinē humane nature tertia die surrexit a mortuis: ⁊ gloriaz sue maiestatis ostēdit. Et ituere subtiliter: quia supior singulari numero pcurrit: hic autē plural'r perhibet se repulsum: vt caput cuz membris suis talia dicere sentiatur. Repulisti nos: significat esse dilatū eum: qz ⁊ ipsum ad glorificationem suā constat esse dilatum: cum in hac vita morataretur: ⁊ oium fideliuz bodieqz gloria suspēditur: donec ad resurrectionis premiū veniatur. Sequtur: Et nō egredieris deus in virtutibus nostris. Tempus illud significat: quando tētus ⁊ traditus est a turba iudeorum: quando flagellis cesus a preside dementiū iudeorum sputa sustinuit.

Alt. lebes
Alt. alienigene amici facti
INTER

Alt. exibis

Pōs. 21.
Joā. 14.
Matth. 26.
Pōs. 25.

Tunc enim si voluisset diuinitas ista repellere:oīs aduersitas cōfracta cecidisset.Sed distulit miraculum sue potestatis ostēdere:vt dispēsatū ordinē ꝓficue passionis ipleret.Doc ⁊ fidelibus vsu ꝓuenit:cū ad probationē suā diuersis cladibus affligant̄. [Da nobis auxilium de tribulatione: ⁊ vana salus hoīs.]

Alt. quia

Dic cum mēbris suis dñi clamat humanitas: vt de tribulationibus isti⁹ mūdi resurrectionis securitas cōcedatur:quatenus tādē aliqui tēpestas huius seculi cōquiescat. Non enim auxilium petit de delitys:sed de tribulatione:vñ hoībus per diuinā clementiā notuit ꝓuenire remedia.Et ne in potestatib⁹ mūdi spes vlla remaneret:adiecit:Et vana salus hoīs: q̄ reuera infirma talis est ⁊ caduca ꝓsumptio.[In deo faciemus virtutē:⁊ ipse ad nihilū deducet ⁊ tribulantes nos.] Hec ⁊ dñi saluatoris:⁊ cūctor̄ fidelium vox est: q̄m spūalibus atq̄ carnalibus inimicis efficaciter diuinis vtutibus obniat̄.Audiāt quoq̄ hūc psalmum:qui carnē dñi dicūt ⁊ diuinitatē vnius esse nature:Quos merito celestis orator Ambrosius in libro de incarnatione dñi increpat dicēs:Que tantus sacrilegiū infernā vomuerūt:Iā tolerabiliores sunt arriani:quorū per istos perfidie ipsius robur adolescit:vt maiore cōtentione asserāt patrē ⁊ filiū ⁊ spiritum sanctū vnius nō esse substātie:q̄ isti diuinitatem dñi ⁊ carnē substātie vnius dicere tētauerunt:⁊ cetera que locus ipse noscitur continere mirabilis. Quapropter intelligāt illis se scelestiores potissimū dictos:quos a se vniuersalis ecclia reddit extraneos. Non imerito:Nā cū verbū caro factum:Christi nomen acceperit:aliudq̄ sit verbus:aliud caro: in vna natura positus:sicut ipsi volūt:dici Christus:nō pōt inueniri nequior pfidia:nisi fallor:cūctis heresibus. Nā cū diuerse particulatim tāgant maiestatis iniuriam:hec sola ꝑdolor ausa est presumere:vñ ⁊ ipsū nomē fidei nostre nitat̄ funditus abrogare.Sciēdū sane hūc psalmū sextū esse ex his:quos de duab⁹ naturis locuturos esse prediximus. Conclusio.

Alt. inimicos nostros

Quam bene sibi copulantur que ad salutē operandā generis humani ab vno fonte descēdūt.Quis enim nō mirer in supioribus diuersisq̄ psalmis dictū:q̄ hic in tantā ꝓueniēt iam ꝑbat̄ esse ꝑductū:Sic ⁊ ipse Dauid i paralipomenon:psalmorum partib⁹ adunatis:hoc est cētesimiquarti ⁊ nonagesimignti:⁊ cētesimi quinti:spiritu scō repletus ānarcā federis laudes dñi magnis exultationib⁹ ꝓsonauit:vt tanq̄ ex diuersis aromatib⁹ suaue incēsum fieret:q̄ ad conspectū dñi feliciter ꝓueniret.Sine difficultate quippe ꝓiūgitur:q̄ sibi nullaten⁹ repugnare mōstrat̄.Quapropter ⁊ hūc psalmum ex alys ideo credimus esse formatū:vt aīa esuriēs sapor̄ diuersitatibus pasta recreet̄.Unde ⁊ hodieq̄ de partib⁹ psalmorum aliqd cantorib⁹ cōpaginare arbitror esse ꝑmissum.Nā ⁊ hoc huic loco ꝓuenire diiudico:q̄ operatio dñica ex duobus populis vnā facit ecclesiam.

Explicit expositio in psalmum.107ᵐ.

¶ In finem Psalmus Dauid. CVIII.



Eus laudē meā ne tacueris:q̄ os peccatoris ⁊ os dolosi super me apertum est.Locuti sunt aduersum me lingua dolosa:⁊ sermonibus odij circundederunt me ⁊ expugnauerunt me gratis. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi:ego autē orabā.Et posuerūt aduersū me mala pro bonis:⁊ odium pro dilectione mea. Cōstitue sup eū peccatorem: ⁊ diabolus stet a dextris eius.Cū iudicat̄ exeat cōdemnatus:⁊ oro eius fiat in peccatum.Fiāt dies eius pauci:⁊ episcopatū eius accipiat alter.Fiāt filij eius orphani:⁊ vxor eius vidua. Nutātes trāsferantur filij eius ⁊ mēdicent:eijciātur de habitationib⁹ suis.Scrutetur fenerator oēm substātiā eius:⁊ diripiāt alieni labores ei⁹. Nō sit illi adiutor:nec sit qui misereat̄ pupillis eius.Fiāt nati eius in interitū:in generatione vna deleat̄ nomen eius.In memoriam redeat iniquitas patrū eius in cōspectu domini:⁊ peccatum matris eius non deleatur.Fiāt cōtra dñm semper ⁊ dispereat de terra memoria eorum:pro eo q̄ non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominē inopē ⁊ mendicum:⁊ cōpunctum corde mortificare.Et dilexit maledictionē ⁊ veniet ei: ⁊ noluit benedictionē ⁊ elōgabit̄ ab eo.Et induit maledictionē sicut vestimētū:⁊ itrauit sicut aq̄ in interiora eius:⁊ sicut oleū in ossib⁹ eius. Fiat ei sicut vestimentū quo operit̄:⁊ sicut zona qua semp ꝑcingit̄.Hoc op⁹ eor̄ qui detrahūt mihi apud dñm:⁊ qui loquunt̄ mala aduersus aīam meā.Et tu dñe fac mecum pp nomē tuū: q̄ suauis est misericordia tua. Libera me q̄ egenus ⁊ pauper sum ego:⁊ cor meū cōturbatū est intra me. Sicut vmbra cū declinat ablatus sum:⁊ excussus sum sicut locuste.Genua mea infirmata sūt a ieiunio:⁊ caro mea imutata est pp oleū. Et ego factus sum opprobrium illis:viderunt me ⁊ mouerūt capita sua.Adiuua me dñe deus meus:saluum me fac ꝑpter misericordiam tuā.Et sciāt q̄ man⁹ tua hec:⁊ tu dñe fecisti eā.Maledicent illi ⁊ tu bñdices:qui insurgūt in me ꝓfundātur seruus aūt tuus letabitur.Induātur qui detrahūt mihi pudore:⁊ operiantur sicut diploide confusione sua. Confitebor dño nimis in ore meo: ⁊ in medio multorū laudabo eū.Quia astitit a dextris pauperis:vt saluā faceret a persequentibus animam meam.

Itulus iste psalmi precedētiū verborum expositione iam notus est:⁊ ideo referēdus est ad regē supernum:q̄m omnes sermones ipsius tendunt ad dñm Christū. Ipse enim in hoc psalmo locuturus est iniquitatem iude vel populi iudaici: ⁊ passionis sue

sacramēta

sacramenta predicens. Diuisio.

Et totum quidem textū:sicut dictum est: loquit̄ dñs Christus.Prima parte iudeos increpat:qui mala pro bonis creatori suo reddere maluerunt.Secunda:Iude traditoris ⁊ perfidi populi narrat̄ iniquitas:⁊ que illis erunt pro tanta detestatione ventura predicuntur.Tertia:per id quod homo est:vt liberatus periculo passionis:cito resurrectionis gloriam cōsequatur. Expositio.

Eus laudē meam ne tacueris:q̄ os peccatoris ⁊ os dolosi super me apertum est. Locuti sunt aduersum me:lingua dolosa.] Dñs saluator petit per id q̄ formam serui est dignatus assumere: vt laudem eius resurrectionis fideli non faciat pater:qui ex carnis humilitatē indeor̄ erat connitia dura passurus. Hoc est enim:Laudem meā ne taceas:id est: ne taceri facias.Est enim decora diuersitas: vt q̄m inimici mendacia loquebant̄:contra eos toto orbe veritatis testimonia canerent̄.Sic enim illos per gloriā sue resurrectionis cōuinci desiderat:vt reatum ꝓprie peruersitatis agnoscant:⁊ celerius recurrāt ad remedia ꝓfessionis:ne in eternum perire debeant ꝓtumaces.

SCHE

Que figura dicit̄ Synchrisis: id est:collatio:que fit quādo cōparatione quadā iustior̄ causam nostram q̄ aduersarij demōstram⁹. Sed ista laus certa erat: q̄ de veritate manabat. Sermo aūt ille falsissimus cognoscebat̄ esse:qui de ore dolosi ⁊ pfidi ꝑbabatur exire. Nā quēadmodū pōt dici verē:q̄ ipsi veritati docet̄ aduersum:Apertū itaq̄ os:contumelias designat.quas ꝓtulit a iudeis.Sed hic singularē numerum ideo ponit:q̄ sicut sepe dictū est:populū vtroq̄ modo appellari fas est. Nā ⁊ nomine vnus audiāt: intellectu tamē plurimi esse noscunt̄.Sequit̄:Locuti sunt aduersum me lingua dolosa.Locuti sunt igit̄ lingua dolosa:q̄ sanctā dñi simplicitatē: verbis captiosissimis appetebant dicētes: Licet tributum dare Cesari?Et illud:Magister scim⁹ q̄ verax es.Hec enim verba subdola cogitatione ꝓferebāt. [Et sermonibus odij circūdederūt me:⁊ expugnauerūt me gratis.] Dicendo:Sermonibus odij circūdederunt me:tēpus illud significat q̄m iniqua ꝓspiratione Pilato dixerunt: Crucifige crucifige. Nam sermones vtiq̄ odior̄ nō veritatis fuerūt:qui mortē imaculati expetere videbant̄.Circūdederūt aūt:ī sanā significat multitudinē:que quaquauersum verba nequissima ꝓsonabat.Expugnauerūt aūt gratis:q̄m ante ꝑfidē innocētis sanguinē falsis accusationibus impetebāt.Gratis vo dixit:q̄ factū eor̄ nullum illis potuit afferre cōpēdiū:sed magis detestabilē pullulauit interitū.Nā sicut iusti gratis amāt dñm:cū eum ꝑpter se tm̄ diligūt:nō ꝑpter aliqō temporale beneficium querunt:Ita impij gratis execrant̄:quia causam iusti odij reperire nō possunt:sicut ⁊ in 68° psalmo dictum est:Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderūt me gratis.[Pro eo vt me diligerēt detrahebāt mihi:ego aūt orabā. ⁊ Posuerunt aduersum me mala pro bonis:⁊ odiū pro dilectione mea.] In his duobus versib⁹:faciēda est rex̄ positar̄ distincta separatio:vt ea que occulte dicta sunt manifestius intescāt.Tribus igit̄ modis peccatū omne ꝓtrahitur. Primus delictor̄ gradus est:non reddere bona pro bonis.Secūdus reddere mala pro malis. Tertium extremū est vitior̄:tribuere mala pro bonis. Cōtra: tali numero laudabilia pagunt̄:impēdere bona pro bonis.Secūdo:malū pro malo nō reddere. Tertio: pfectissimū virtutis genⁿ est:bonū pro malo tribuere. Et nota:q̄m sicut iudei extremā illā vitiosissimam partē facere decreuerūt:vt cū diligere debuissent:nā odia iniqua ꝓfilirēt:ita dñs sūmū illud bonū perfecta pietate restituit:vt in cruce positus pro illis oraret:qui cum decreuerūt impia voluntate trucidare.

Ps. 108.

Alt. Et

[Cōstitue sup eū peccatorē:⁊ diabolus stet a dextris eius.] Venit ad secūdā partē:in qua primū de Iuda malor̄ omniū capace multa dictur⁹ est. Deinde plurali numero miscet ⁊ ipios iudeos:qui filij ipsi⁹ imitatione sceleris extiterūt. Quapropter certissim⁹ futuror̄ ꝑdicit supra Iudā traditorē ꝓstituēdū esse diabolū:qui merito peccator dicit̄:q̄m delictū traditionis ab ipso sūpsit initiū. Et ne forsitan dubitares de quo diceret̄:adiectum est: Et diabolus stet a dextris eius:scilicet q̄ nulla meruit ꝓfessione saluari:sed desperatione malor̄ laqueo prefocatus occubuit. Nec potuit dexterā habere liberā:qui tota sinistre partis scelera sapiebat.Sic enī vnusq̄sq̄ facere significat̄: q̄lis est ille qui eius dexterā tenet:vt est illud in malo:Dextera eor̄ dextera iniquitatis. In bono:Prouidebā dñm in ꝓspectu meo semp:q̄m a dextris est mihi.Quapropter his significationibus:totius vite nostre qualitas indicatur.[Cum iudicatur exeat condemnatus:⁊ oratio eius fiat in peccatis.] Hoc dicit̄ de futuro iudicio:q̄m peccatores iustissima ꝓnuntiatione damnant̄:vt est illud euāgelij: Discedite a me maledicti in ignem eternū:qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius.Et ꝓsidera q̄ dixit:Exeat: scilicet de ꝓgregatione iustor̄:vnde oīs qui egreditur impior̄ partibus aggregat̄.Oratio vo eius quam inter alios aplos suscepat peragēdū:in grauissimū illi peccatum ꝑbat̄ esse ꝓversa:q̄m ibi ꝓtinet̄:Et dimitte nobis debita nr̄a:sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nostris. Sed q̄d ille debentibus dimitteret: qui beneficior̄ omniū tradebat auctorē? Merito ergo in peccatum illi ꝓversa est sancta oratio:qui detestabili peccauit exēplo.[Fiāt dies eius pauci:⁊ episcopatū eius accipiat alter.] Sic dicit paucos dies Iude fieri debere: q̄si lōga etas eius per crudelissimū peccatū imiuta esse videat̄:sicut ⁊ alibi dixit:Viri sanguinū ⁊ dolosi nō dimidiabūt dies suos.Sed hoc fieri merito videt̄:cū iuniores senioribus cōparant̄.Nam cū aliq̄ centis annis viuāt:dimidiata illor̄ etas ꝓspicitur qui nec quinquaginta vixerūt. Sic ⁊ Iude apostolatus: pauci dies facti sunt:q̄m aliq̄ post ipsum apli custodita ita dñi volūtate mānserūt:vt ne numerus ille sacratissimus aplor̄ Iuda mortuo rūperet̄.Iam tūc ꝑdictus est in eius loco alter fieri:vt duodenarius calculus custodita itegritate ꝓstaret.Episcopat⁹ aūt summus in ecclesia gradus est.Episcopus dicet̄ supinspector:eo q̄ dñi gregē ipsū gratia suffragāte q̄si pastor cautissimus alta sede custodiat:sicut Ezechiel ꝑphēta dicit:Speculatorē te posui domui israel.Et nota q̄ in veteri testamēto hic primū hoc nomē positum est.Cuius rei virtutē aplus euidēter insinuat dicēs: Qui episcopatū desiderat bonum opus desiderat.Quapropter nomē istud nō tam honoris est:q̄m laboris.Nā qui alios speculādos suscipit:se iugi debet excubatione ꝓspicere:vt nō illi ꝓtingat q̄d dicit aplus: Ne alys ꝑdicans:ipse reprobus efficiar. Illudq̄ me minisse nos ꝓuenit:in actibus aposto lor̄ euidētissime declaratū:hūc versum de Iuda esse ꝓscriptū. Ait

Ezech. 3.

1. Timoth. 3.

1. Cor. 9.

Lassio.

Matth. 25.

Ibidem. 6.

Ps. 54.

Matth. 22.

Ibidem

Luc. 23.

Ps. 69.

Act.i. enim Petrus: Viri fratres oportet implere scriptura quā pdixit spiritus sanctus per os Dauid de Juda: qui fuit dux eorū qui cōprehēderūt Jesum. Et paulo post sequit: Scriptū est enim in libro psalmorū: Fiat habitatio eius deserta: & nō sit qui inhabitet in ea: & episcopatū eius accipiat alter: vt nulli dubiū sit de ipso hoc omnimodis sentiendū. Sic istū psalmū de passione dñi & euāgelicis verbis & Petri apostoli attestatione cognoscimus esse ppheratū. In hoc aūt versu figura
SCHE est intelligēda Ephexeresis: que latine dicit exceptio: quā Judas ab honore episcopatus: id est: apostolatus excipit. [Fiāt filij eius orphani: & vxor eius vidua.] Quis alibi non legat Judam vxorē habuisse vel filios: tamē ex ista ppheria eū maritus patrēq; fuisse datur intelligi. Illo enī accūbente: affectibus eius sine dubio talia prigerūt: vt vidua fieret vxor relicta: & filij orphani cū patre caruissent. Quod si ad spiritualē sensum velis referre: filij possunt itelligi qui eū in illa traditione secuti sūt: vxor voluntas que nobis tanq̄ piunx semp adiūcta est: de qua filios parimus:
Al. Mutantes trāsferātur cū opas nras q̄si quodā ventre generamus. [†Commoti amoueant filij eius & mendicēt: eyciantur de habitationibus suis.] Ad vtrūq; qd dictum est poterit pinere: siue ad carnales filios: siue ad operas nostras. Cōmoti: significat violēter expulsi: vt hoc graiter doleāt qd patiunt inuiti. Mendicēt: bonaq; rerū indigētiā significat: vt oīb̄ pateat nullā eos opes habuisse rationis qui talia sūt secuti. Eyciunt vo de habitationibus suis: quādo de pgregatione dominici populi reddunt alieni: vbi nō mēte sed trā corpore prius habitasse videbant.
Al. nō habet [Scrutetur fenerator eius & diripiāt alieni substātiā eius: & diripiāt alieni loēs labores eius.] Per cōparationes factas versus iste declarādus est: vt totius nobis pfusionis remoueat obscuritas. Debitor: quādo ad psoluēdū idoneus non est: fenerator eius a iudice pcepta fiducia: ingredit domum obnoxij sui: & oīa quecūq; habere potest diripit: & satisfacit sibi pro pecunia mutuata: sic & diabolus q̄ peccata hominibus multa pgregauerit: & in eis obstinata voluntate pstiterint: accipit potestatē vt obnoxij sui substātiam diripiat: & pro libito suo de humana sibi laceratione satisfaciat. Hoc nūc optat Jude: vt datus in potestatem diaboli: bonis oībus eruudetur. Alieni quoq; sunt spiritus immūdi: quibus diabolus tanq̄ mācipys imperat ad nocendum. Et bene dicti sunt alieni: qui a regno dñi probant extranei. Isti labores diripiūt: mandata dñi trāsgredientiū: dū eos bonis omnibus priuauerint pcepta licētia. [Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.] Quā & boni viri diaboli quidem tentatione pulsantur: sed dñm adiutorem habere nō desinūt: vt ab imminenti periculo liberent: malos dicit tali adiutorio deserendos: vt remaneat iniquitas desperata cui subtrahit
ETY saluberrima medicina. Pupilli vo dicti sunt: q̄si pusilli: qui paruitate etatis ad regendū se pbant infirmi: Unde & pupilla oculo dicta est: qr omnino in corpore nostro videt exigua. [Fiant nati eius in interitu: in vna generatione deleat nomen eius.] Eos dē natos dicit: quos superius pupillos ait: Et q̄ā solent aliqui peccatorū genus ppagare longinquum: ipsam quoq; spem illis posteritatis abscidit: ne quo se bono mentes pessime psolent. Siue magis vna generatio illa dicēda est: quādo noscimur in peccatis. Et ideo petit vt ad secūdam: id est: regenerationis non pueniant: qui tamē in pdestinatione repulsi sunt: vt in prima peccatorū suorū fece dispereant: nec secūde natiuitatis beneficio laqueum mortis euadāt. Sed hec & his similia de illis dicunt qui in dñi iudicatione damnādi sunt. [In memoriā redeat iniquitas patrū eius in pspectu dñi: & peccatū matris eius nō deleat.] Per tropologiā dicit: in memoria dñi peccata redire maiorū: vt & nouis delictis nefarius Juda & parentū erroribus torqueat. Priscorū enim peccatis: sicut sepe diximus ita quis reus est: q̄ eorū sceleribus sequacissimus iuenit. In pspectu dñi: id est: in disceptatione iudicij: q̄ā dū peccata dñs respicit: auctores eorū sine dubitatione pcellit. Inde & ppheta clamat: Auerte facē tuā a peccatis meis. Peccatum vo matris eius est synagoge nota pterunitas: vt & pphetas occideret: nec ab ipsis demonū sacrificys abstineret. Sacrilegi enim Jude traditoris illā partē dicit esse genitricē: non que viros sanctos ptulit: sed que innocētiū sanguinē fudit. [Fiant pstra dñs semper: & dispereat de terra memoria eorū.] Nūc plurale numerū ponit: qr iudeos mauult pstumaces itelligi. Nam sicut in vno sancto: multos beatos aduertimus: vt est illud: Tu es petrus & sup hanc petrā edificabo ecclesiam meā: sic itē in vno pessimo multi detestabiles pinent. Petrus enim gerit ecclesie typū: Juda vo damnāde babylonie portat imaginē. Unde merito post eum de perfidis dicit: qr ipsum scelerati malis facinoribus subsequuntur. Sūt ergo peccatores contra dñm semper: quādo a regno eius alienati in gehenne pstrarietatē: iustitia faciente mittēdi sūt. Nam cum dñs sit eterna beatitudo: cōtra ipsum fieri bene dicit: qui perenni vltione damnatur. Disperit aūt de terra viuentiū: qui in beata patria nō videt. Nec in cōmemorationē veniū t: quādo nullā vlterius misericordiā psequunt. Illos enī dicimur memorari: quibus sumus aliqua pstaturi. [Pro eo qd nō est recordatus facere misericordiā.] Dicit iustissime vltionis causam: q̄ā pietatem non potest inuenire qui eā alijs pempsit ipendere: sicut scriptū est: Beati misericordes quoniam ipsis miserebit deus. Sed q̄uis ad singularē numerū reuersus sit: adhuc tamē intelligere debemus populū iudeorū qui misericordiā non fecit aplis vel fidelibus christi: q̄ā eos post passionē dñi iniqua psecutione vexauit: qr istud de Juda non potest intelligi: q̄ā ante crucifixionē dñi de hac luce trāsiuit: & affligere non potuit fideles eius: qr tēpus eos nō habuit psequēdi. [Et psecutus est hominem †pauperē & mēdicū: & cōpunctū corde †mortī tradidit.] Et istud adhuc de iudeo est pplo sentiendū: qui & christū & discipulos eius nefanda psumptione trucidauit. Persequi plerūq; facit boies: aut diuitiarum ambitus: aut supbie odiosa iactantia. Pauperes vo & mēdicū insequi sola seuitia est: cuius nec bono querit: nec abūdātia facultatis ambit. More aūt suo a natura humanitatis assumpte: pauperē se dñs & mēdicū esse cōmemorat. Mēdicus de nostro: diues de suo: sicut dicit apls: Qui ppter nos pauper factus est cum esset diues: vt illius inopia nos diuites essemus. Cōpunctū vo: de ipso capite dici posse nō arbitror: qr tale nō occurrit exēplū: sed magis cōpunctū ad peccatorē estimo referēdum: qui delictorū recordatione cōpungit: vt ad satisfactionē redire mereat. Qd̄ in numeris locis scriptura testatur. Necessarie itaq; de mēbris accipiēdū est: qr christus dñs peccata nō habuit. Populus enim iudeorū cōpunctos corde psecutus est: sicut de beato Stephano vel Paulo aplo pstat

Matth.16.

Matth.5.

Al. inopem
Al. mouere care

2. Cor.8.

effectū.

effectū. [Et dilexit maledictionem & veniet ei: & noluit benedictionē & †plōgabit ab eo.] Adhuc de pfido populo dicit: qr dilexit maledictionē: tūc scilicet quādo ait: Sanguis huius super nos & sup filios nostros. Quod ei puenisse manifestū est: qui pstra dñm impia volūtate durati sunt. Noluit aūt benedictionē pdictus populus: quādo a ceco illuminato iterrogatus est: Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? Ait illi q̄si maledicto acerrimo puocati respōderūt: Tu sis discipulus eius: nos aūt Moysi discipuli sumus. Quo dicto plōgata est ab eis benedictio: q̄ā illis relictis: venit ad gētiū fidē: sicut dicit aplus: Vobis qdem oportebat loqui verbū dei: sed qr repulistis illud: & idignos vos iudicastis eterne vite: ecce puertimur ad gētes. [Et induit maledictionē sicut vestimētum: & intrauit sicut aqua in interiora eius: & sicut oleum in ossibus eius.] Subtiliter intuēdū est: quē admodū peccati ipsius q̄litas gbusdā dictionibus indicē. Primo induit se pdictus populus maledictione sicut vestimentū: q̄ā instigante diabolo pensum pbuit vt dñm Pōtio Pilato tradere maluisset. Ibi enī quodāmodo more vestis iduit: est: vbi tali volūtate noscit inuolut. Secūdo itrauit maledictio in interiora eius sicut aqua: q̄ā deliberauit facē qd̄ ei fuerat iniquissima inspiratione suggestū. Aqua enim q̄ā visceribus vitiosis recipitur semper ingredit ad nocēdū. Tertio influxit iniquitas sicut oleū in ossibus eius: q̄ā effectum rei inaudita peruersitate cōpleuit: vt iam non interiora carnis: sed etiam ipsa ossa penetrasse videret. Dicendo enim: Oleum: significat delectationē facinoris: quod sic corpus nostrū molliter ingredit: vt nos quadam iocūditate pmulceat. Qd̄ pstat malis mentibus accidere: quādo in scelere suo aliqua delectatione gloriant. [Fiat ei sicut vestimentum quo †operietur: & sicut çona qua semp pcingit.] Adhuc in ipsis comparationibus perseuerat: vt hoc peccatū quo ille inuolui maluit: similitudine vestis alterius indicetur. Supra enim dixit: Induit: quod ptinet ad tunicam: nunc dicit: Operietur: quod videtur pallio conuenire: vt geminata vestis ingentiū significet onera peccatorū. Sequit: Et sicut çona qua semper precingit. Zona hic: non illa muliebris accipienda est: sed istud baltheū quo nostros lumbos accingimus: sicut in euāgelio de Joanne: de Helia vo in regum volumine legit: Et çona pellicea circa lumbos eius. Hoc enim nomen vtraq; significatione dotatum est: qua similitudine dicit sic peccatis illigātibus fuisse pstrictum: vt nunq̄ suis oneribus exuere obstinationis pregrauatus pfidia. O felix populus: q̄ā male vestitus est. Iste vestes sunt: que peccatores ardere faciunt nō calere: que in flāmā mittunt nō a frigoris necessitate defendunt. [Hoc opus eorū qui detrahunt mihi apud dñm: & qui loquunt mala aduersus animā meā.] Nunc versum pstra omnes qdē perfidos debemus accipere: sed tamē specialiter duas hereses videt impetere. Apud deum patrē detrahūt arriani: quādo ei filiū minorē esse testant: & impudenter inferiorē dicunt quē creatorē omniū communiter pfitent. Apollinariste quoq; loquunt mala aduersus animā domini: cū dicūt deitatē eius solam carnē hominis sumpsisse non animā: nec tot exēplis perfidia ipsorū superata discedit. Quapropter nō solū cōtra istos: sed cōtra oēs hereticos superius dicta bene intelligūtur: qui portionē in regno domini non
Al. non habent babebunt. [Et tu dñe dñe fac mecū †misericordias

Al. elongatur
Matth.27.
Joā.9.
Act.13.
Al. operitur
Matth.5.
4. Reg.1.
Al. non habent

ppter nomen tuū: qr suauis est misericordia tua. Libera me.] Ueniit ad tertiā narrationē: in qua precat a parte qua passus est: vt gloriam resurrectionis accelerет: & inimici eius pfusionis eius dedecore vestiantur. Dum dicit: Et tu dñe: subiungit superioribus dictis: hoc est si Juda tradidit: si iudeus crucifixit: & tu fac misericordiā: vt cōtra illa que facta sūt resurrectio gloriosa pueniat. Siue filius ad patrem dicit: Et tu fac: vt virtutē sue cooperationis ostendat. Dia enim que fecit pater operatur & filius: sicut ipse dicit: Omnia que pater facit: hec & filius similiter facit: & sicut habet pater vitam in semetipso: sic dedit & filio habere vitam in semetipso: vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Domine dñe: dum repetit: affectū suauissime precationis ostendit. Que figura dicit Epiçeusis: quoniā in vno versu sermones sine aliqua interpositione gemiuauit. Propter nomē tuū: vt eius cultura toto orbe dilatetur. Ubi magna clementia diuinitatis asserit: qr nullis humanis meritis potuit pingere: vt natura mortalis tam in gentibus eleuata pbet esse miraculis. Misericordiam vo dicit: qr carnem est dignatus assumere: per quam humano generi auctor pysinus subueniret. Sequitur: Libera me: a passione seuissima vtiq; iudeorum.
Joā.5.
SCHE
Al. Quia
Al. intra
DOG
[†Quoniā egenus & pauper ego sum: & cor meum cōturbatū est †in me.] Egenū se dicit & pauperē humilitate carnis: sicut superius pstat expositum. Audiant pauperes: audiant egentes: & gloriosum sibi cognoscāt esse quod dicit Christus. Cor veniq; eius potuit conturbari: cuius caro pro nobis cognoscebat extingui: sicut ipse vicina passione pfessus est. Tristis est anima mea vsq; ad mortē. Que omnia salutari dispositione narrant: vt ppter hereticos & perfecta natura hominis in Christo dño valeat ostendi: & nos quemadmodū supplicemus possimus edoceri. [Sicut umbra cū declinat ablatus sum: excussus sum sicut locusta.] Hic facilitatē psecutionis ostēdit: qr tāta celeritate de medio discipulorū raptus est a turba iudeorū: quanta solet velocitate umbra noctis solis lumine veniēte discedere. Excussus est aūt sicut locusta: dum psecutionibus crebris loca videbat mutare diuersa: scilicet quando de Nazareth venit ad Capharnaum: de Capharnaū in Bethsaida: de Bethsaida in Hierusalē: que loca pspiciēdo magis peccatoribus circumbat: ne scelus suū populus psecutor ipleret. Locusta enim manus apprehendētis euitans quibusdā saltibus euolat: Cui se & ppter paruitatem comparat: & ppter celeritatē discessionis associat: qd̄ humilitati esse nō potest iudeorū: que se etiā vermibus comparauit dicendo: Ego aūt sum vermis & nō homo. [Genua mea infirmata sunt †pre ieiunio: & caro mea immutata est ppter oleum.] Dum euangelio teste doceatur 40ta diebus: & 40ta noctibus Christus dñs ieiunasse: genua tamē eius infirmata esse nō legimus: sed tm esurisse declaratur. Unde si hanc esuriē ad genua referas: id est: corporis stabilitatē: gbus semp insistimus: potest pgruenter aptari minus ue. Si hoc scrupulum mouet: melius genua ad ipsius mēbra referant: que reuera infirmata sunt: quādo apostoli eius passione dispersi sunt. Quid enim plus esse potuit infirmius: q̄ā vt Petrus negaret: & reliqua fidelium turba latuisset: Sequit: Et caro mea immutata est ppter oleū. Oleum hic: significat gratiā diuinā: sicut in 44to psalmo de ipso iam dictum est: Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre psortibus tuis. Ipsa est enī

Matth.26.
Ps. 11.
Al. a
Matth.4.
Ps. 44.

gratia:que carnis infirmitatem in immortalitatis gloriaz cõmutauit.Quod etiã mẽbris Christi bauid im
probe videt aptari.[Et ego factus sum opprobrium
illis:viderũt me ⁊ mouerũt capita sua.] Illa tangit
que plebs erat iudeorũ sub detractione dictura:sicut
Matth.12. ait in euangelio:In Beelçebub principe demoniorũ
Luc.4. eycit demonia.Et alio loco: Nõne hic est filius Jo
Matth.27. seph fabri:Et iterũ dicunt:Vah qui destruit templũ
dei:⁊ in triduum reedificat illud:⁊ cetera que insanis
quidẽ mentibus videbãtur opprobria:sed ipsa fue
runt que nobis ꝓbata sunt ꝓferre medicinã.Moue
rũt aũt capita:ad ꝓsuetudinẽ ptinet nimis irascẽtiũ.
Nã quotiẽs furore succẽdimur:turbulenta cõmotio
ne capitis cõminamur.[Adiuua me dñe deꝰ meꝰ:sal
uuz me fac ꝓpter misericordiã tuã.] Adiuuari se su
scepta deꝓcat ifirmitas.Ipse eni misericordiã petit:
qui ⁊ auxiliũ tribuit. Rogat vt homo: ꝑstat vt deꝰ:
qõ nullũ potest ꝓfũdẽ qui duas naturas in dño Chri
sto salutariter ꝓfiteť.Innumerabilia eniz talia repe
riunť:que nequeũt alia ratione cõstare.[Ut sciãt qz
manus tua hec:⁊ tu dñe fecisti eã.] Ne sibi iudaicus
populus arrogaret potestate ꝓpria persecutum dñm
saluatorẽ:per id qõ passus est dicit ad patrem: sciant
homines hanc dispensationẽ a te dñe fuisse preparatam:ne applicent stultis viribus suis:qõ tu ad salutẽ
mundi fieri magna pietate decreuisti. Ut sciãt:dicit
ꝓsecutores:qui vtiqz nesciebant. Ipso enim resurgẽ
te euidentissime cognouerũt:quia nisi dñs ꝓmisisset
fieri:nequaqz potuisset impleri.Sequitur:Quia ma
nus tua hec:id est:potestas:⁊ subaudiendũ:opata est.
[Maledicẽt illi ⁊ tu benedices:qui insurgũt in me
ꝓfundenť:seruus autez tuus letabiť.] Per figuram
SCHE Synchrisin que in huius psalmi principio posita est:
Maledicẽt illi:significat eos de quibus Matthe
Matth.27. us euãgelista dicit:Trãseuntes autẽ blasphemabãt eũ:
mouentes capita sua.Pater filiũ benedicit:cũ dicit:
Joan.12. Et clarificaui ⁊ iterũ clarificabo.Sed vide qui male
dicẽt:qui pleni sũt falsitate:qui crudeliter seuiebãt:
qui malũ pro bono reddere festinabant. Benedicit
aũt pater fons ⁊ origo veritatis:totius auctor bonita
tis ⁊ virtutũ omniũ plenitudo.Admirãdũ in vtraqz
parte ꝑconium: vt ⁊ pfidus populus maledicerẽt: ⁊
Christũ dñm gloria paterna laudaret.Addidit:Qui
insurgũt in me ꝓfundenť.Iudei sunt:qui insurrexe
runt aduersus dñm saluatorẽ:vt neci eus traderent:
qui ad eos venerat pro sua pietate saluandos.Isti cõ
fusi sunt:quãdo resurrectionis eius miracula cogno
uerũt.Sequiť:Seruus aũt tuus letabitur.Agnosca
mus que natura loquiť:que se dicit ⁊ seruũ. Nungd
Phil.2. deus potest esse cuiq̃ seruus? Sed in hoc seruus est:
Isa.42. sicut dicit aplus:qz semetipsum exinaniuit:formam
serui accipiens.Sic ⁊ Isaias propheta de Christo di
cit:Ecce seruus meus suscipiã eum:electus meus cõ
placuit sibi in illo anima mea ⁊c. Desinant ergo he
retici minorem filium in deitate sentire:quando sic
expressam auduũt humilitatẽ carnis:vt ⁊ nomẽ ei sit
Alt.pudore positũ seruitutis.[Induãtur qui detrahũt mihi ꝓ re
uerẽtia:⁊ operiant sicut diploide ꝓfusione sua.] Dic
quoniã populi interest credituri:oratio potius q̃ ma
ledictio datur. Nã qui reuerẽtia induiť:iam pene cõ
uersionis munere gratulať:vt illũ timeat deũ quez
prius hominẽ credebat esse temnendũ.Diplois: du
plex genus est pally.Petit ergo vt vtriusqz legis in
telligentia vestianť:qui nunc vtraqz pfidia faciente
nudati sunt.Confusio enim iudeorũ:est legem nõ in
telligere:que totiens saluatorem dñm precinuit ad
uenire.Siue illud genus vult exprimere:qõ solet in
puerbys dici:id est:confusionis duplici pallio vesti
anť:dum ante deũ ⁊ homines erubescant.[Confite
bor dño nimis in ore meo:⁊ in medio multorũ lauda
bo eum.] Doc diciť a parte membrorũ:quoniã post
resurrectionis manifestationem toto orbe diffusam
ipse deprecatur:⁊ ore ecclesie catholice ꝓfessio patri
competens exhibetur. In medio multorũ: vniuersa
lem designat ecclesiã:que laudes domini circũiectis
adhuc pfidis nõ desinit ꝓfiteri.Qdiu enim mũdus
agitur: ecclesia Christi maledicorũ turba precingiť.
Alt.Quia [†Qui astitit a dextris pauperis:vt saluaz faceret a
persequentibus animã meã.] Causaz dicit quare pa
tri in mẽbris suis debeat ꝓfiteri:scilicet quoniã ꝓfu
sis persecutoribus ipse saluatus est.Superius dixit:
a dextris Jude astare diabolũ:quoniã erat delictorũ
fece pollutus:sibi aũt dicit astitisse a dextris patrez:
qz peccata nõ habuit.Sic ⁊ fidelibus assistit: cũ de
licta remiserit.Sequiť:Ut saluã faceret a pseqen
tibus animã meã.Utiqz salua facta est a pseqenti
bus anima eius:quãdo pseqentorũ nequitie nulla pra
uitate ꝓsensit.Doc ⁊ ad mẽbra eius cõpetenter apta
tur:qui nesciunt pseqentorũbus cedere:cũ quis diuersis
cruciatibus affligant.Nõ eniz salua fit anima quan
do a tẽporali morte subduciť:sed quãdo ab huius se
culi carcere ꝓsperrima dissolutione liberať:sicut di
cit aplus:Cõpellor aũt ex duobus desideriũ habens Phil.1.
dissolui ⁊ esse cum Christo:multomagis melius:per
manere autẽ in carne:necessariũ ꝓpter vos.Et alibi:
Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Roma.7.
dei per Jesum Christum. Conclusio.

Quintus iste psalmus est eorũ qui pdictis re
gulis latius de domini passione locu
ti sunt:id est: vicesimusprimus: tricesimusquartus:
quinquagesimusquartus:sexagesimusoctauus:⁊ pre
sens cẽtesimusoctauus. Primo inchoauerũt omnes
ex psona dñi Christi.Secũdo ab oratione ꝓbanť fe
cisse sermonẽ.Tertio passionis dominice gesta dixe
rũt.Quarto vbis euãgely assona veritate ꝓsentiunt.
Quinto in spe fideliz magna exultatione finiti sũt:
vt mystico huic numero qui quinque virginibus da
tus est:quinque libris ascript⁹ est:dignitas se psentis
psalmi sociata coniungeret. Sed q̃uis ⁊ illa sint sa
lutis nostre magna miracula:nihil tamen euidẽtius:
nihil acceptius est:q̃ incarnati dñi adorandaz susci
pere passionẽ.Omnia ꝓgruunt:omnia sibi lucida pa
rilitate respõdẽt.Virgo peperit:messias venit: agn⁹
immaculatus occisus est:redemptor surrexit a morti
is:orbis audita credidit: ⁊ adhuc iudeus simulat se
nescisse:qõ totus mũdus agnouit. Presta dñe obsti
natis ꝓuersionẽ:lumen obscuris:incredulis fidez:vt
pro quibus in cruce positus orasti periclitãtibus sub
uenire digneris.Nam qbus iusta suadere non possu
mus:recte pro illis tibi domine supplicamus.

Explicit expositio in psalmum.iosm.

ℂ Psalmus Dauid. CIX.

Dixit dominus dño meo:sede a dextris meis. Donec ponã inimicos tuos:scabellum pedum tuorũ. Virgã virtutis tue emittet dominus ex sion:dominare in medio inimicorũ tuorũ. Tecũ principiũ

principiũ in die virtutis tue:in splẽdoribus sanctorũ:ex vtero ante luciferũ genui te. Jurauit dñs ⁊ non penitebit eũ:tu es sacerdos in eternũ ꝓm ordinem melchisedech. Dñs a dextris tuis:cõfregit in die ire sue reges. Iudicabit in nationibus iplebit ruinas:ꝓquassabit capita in terra multorũ. De torrente in via bibit:propterea exaltauit caput.

Verba quidem ista notissima sunt:que ve
lut pro scripto regali ꝓnotata foribus af
figunť.Sed iste titulus non dicit:lege ⁊
recede: sed lege ⁊ accede. Quapropter
magnalia dñi venerãter intremus:quia
omnino psalmus hic ⁊ de sacra incarnatione dñi: ⁊
de omnipotẽti eius deitate plenissime breuiterqz di
cturus est:vt in qbusdã locis simili altitudine vel de
core initio illius euãgely eructuatus esse videať:vbi
Joan.1. ait:In principio erat verbũ:⁊ verbũ erat apud deũ:
⁊ deus erat verbũ.Quapropter:vt ita diserim:est qdã sol fidei nostre:speculũ celestis arcani:armarium
sanctarũ scripturarũ:vbi totũ summatim diciť: quod
vtriusqz testamenti ꝑdicatione narrať.Quapropter
amãdo tenẽdus est cuius dulcedo crescit ad meritũ:
quod ⁊ compendiosa breuitate colligitur. Nunc di
uisionẽ ipsius:quoniã est personarũ varietate distin
ctus audiamus intrepidi. Diuisio.

Sanctissimus ꝓpheta in secretũ altissime
ꝓtemplationis euectus. In primo versu
inestimabilia verba referť:que omnipo
tens pater omnipotẽti ⁊ coeterno sibi fi
lio dixerit:naturã simul deitatis ⁊ huma
nitatis ostẽdẽs. Nã cũ pnũtiat:Dixit dñs dño meo:
naturã eiꝰ deitatis ostẽdit.Cũ subiũgit:Sede a dex
tris meis:donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ
tuorũ:⁊ virgam virtutis tue emittet dñs ex sion:⁊ do
minaberis in medio inimicorũ tuorũ: humanitatis
eius substãtia declarať:que potuit qõ nõ habebat ac
cipere.In secũda vo diuisione ichoat pater naturam
eiꝰ diuinitatis pro modulo nre capacitatis aliqtenus
idicarẽ.Dicit eni:Tecũ principiũ in die virtutis tue:
in splẽdoribus sanctorũ ex vtero ante lucifer genui
te.Tertio loco: ꝓpheta reloquiť vsqz ad finẽ:formã
iterũ eius humanitatis ostẽdẽs:cũ dicit:Jurauit dñs
⁊ non penitebit eum ⁊c.vt in bis capitibus:verbum
caro factũ:qõ est dñs Christus:triplici illuminatio
ne potuisset agnosci. Expositio.

Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis.
Donec ponã inimicos tuos:scabellũ pe
dũ tuorũ.] Cõgruũ videť primũ figurã
SCHE ponere:per quã initia huius psalmi itrĩ
secus possimus itẽdere. Idea figura est:
que latine diciť species:per quã res iuisibiles cernẽ
de sensibus offerũtur.Ait enim:Dixit dñs dño meo:
sede a dextris meis. Una deitas: vna potestas: vna
eternitas:Pater dicit ad filiũ:qõ nec ille ore ꝓtulit:
nec ille auribus intẽtus audiuit.Vult eni pater:⁊ no
uit filius:vult filius:⁊ nouit pater. Sed nec ipsa vo
lũtas nobis cõprehensibilis est:nec ipsa notio huma
nis sensibus potest apparere.Merito ergo ad nostrã
ꝓsuetudinẽ descẽsũm est:quatenus imbecilla istrue
retur humanitas:quãdo vsqz ad illã secretã integri
tatẽ hominũ nõ poterat cogitatio puenire.Dñs do
mino:bis nominibus:eq̃litas substãtie:⁊ virtutis po
tẽtia declarať.Heminatio siquidez ista vnius nomi
nis:⁊ psonas cõpetẽter expressit:⁊ vnã naturã deita
tis euidẽter ostẽdit.Nec moueat qõ nõnunq̃ Jesus
Christus ipse diciť ⁊ filius:ipse ⁊ dñs Dauid. Naz si
causas discutias: vtraqz verissima sunt. Filius ꝓm
carnis originẽ:sicut in initio Matthei scriptum est.
Liber generationis Jesu Christi filij Dauid. Et ali- Matth.1.
bi clamať a Lecis: Fili Dauid miserere nobis. Dic Ibidem.20.
autẽ dñs diciť Dauid ꝓm deitatem qua creator est
ipsius.Quod etiã in hac nostra ꝓuersatione bodieqz
contingit:vt filius episcopus factus:patris sui pater
vocetur:nõ nascendi ordine:sed honore.Illud enim
qõ natũ est ex semine Dauid sic honoratũ:sic magni
ficatũ est:vt esset idez ⁊ dñs Dauid ⁊ filius.Sequiť:
Sede a dextris meis.Victori filio:⁊ per sanctã icar
nationẽ totius mũdi triumphatori:post resurrectio
nis gloriam honorabilis ꝓsessus offertur: vt per hũc
situ suscepte humanitatis gloria declaretur. Nã ver
bũ hoc illud designat vt caput nostruz ad patris co
gnoscereť dexterã collocatũ:in qua parte ponẽdi sũt
qui a perfidis diuinitatis munere segregantur.Pro
pter illud: Pater volo:vt vbi suz ego:ibi sint ⁊ bi me Joan.17.
cuz.Nã si naturã deitatis excogites:quez locum po
test habere partis sinistre vel dextre qui oia vbiqz
plenissima maiestate complectitur:Nam qõ dicit fi
lio dexterã datã:nõ vt maiorẽ quisq̃ credere debuis
set:sed ne arriani minorẽ:sicut pdicãt:ꝓcepto scelere
mẽtirent.Adiecit:Donec ponã inimicos tuos scabel
lũ pedũ tuorũ.Scabellũ dictuz est ab eo qõ scãdať: ETY
id est:ascẽdať.Et ꝓfidera qõ hic:donec:finitũ pro ifi
nito sit positũ:q̃si vo ad dexterã patris nõ est ille ses
surus:postq̃ inimici ipsius vt scabellũ pedibus eius
fuerint iclinati.Usus eni scripture diuine est:verbũ
istud ⁊ pro breui tẽpore diceť:⁊ pro eternitate deꝓro
mere.Tẽporaliter:vt est illud Isaie:Claude ostium Isa.26.
tuũ pusillũ:donec trãseat ira dñi.Donec aũt:⁊ alibi
sicut hic:significat tẽpus eternũ. Nã sic in izꝰ psal- Ps.122.
mo dicturus est.Ita oculi nostri ad dñm deũ nostrũ
donec miserearur nobis.Et in euãgelio similiter di- Matth.1.
ctũ est de Joseph.Nõ cognouit eã donec peperit fi
liũ suũ primogenitũ:q̃si vo post partũ eam cognoue
rit:que virgo pmãsit.Doc etiã suo loco repetita cu- [Di
ra tractauimus:qõ idioma:id est:ꝓpriũ scripture di
uine possumus nũcupare.Pedes aũt dñi: stabilitas
eterna significať:vbi ille tanq̃ vestigys positis oipo
tẽtie sue virtute ꝓsistit.Dis pedibus ꝓstat esse subdẽ
dos:qui quotidie vitiorũ ꝓtrarietate derelicta reuer
tunť ad dñm:⁊ tanq̃ scabellũ pedibus:ita eius pdi
cationibus iclinanť.O beatũ scamnũ qõ pedibꝰ san
ctis apponiť:supra oia regna euehiť:cui subiectio tã
ta pstať.Nã cũ sedẽti ad dexterã scabellũ subdiť:si
ne dubio de illis inimicis diciť:qui ꝓuersi ad dexte
rã collocanť.[Virgã vtutis tue emittet dñs ex sion:
†dominaberis in medio inimicorũ tuorũ.] Et hunc Alt.dominare
versum ꝓpheta loquiť ex psona sua:laudẽ in eo offe
rens dño christo.Virga virtutis:est sceptrũ regie po
testatis:qua sustẽtanť fideles:affligũtur icreduli:ter
rẽtur ingrati.Et vt ostẽderet filiũ cuiuslibet rei idigẽ
tiã nõ habere:Tue dixit:qz potestas illa deitatis sue
ꝓpria atqz eterna est. Sed vt hoc manifestiꝰ possis
aduertẽ:addidit:banc virgã emittit dñs ex sion:qui
est vtiqz omnipotẽs pater.Dñs aũt ex sion diciť ⁊ fi
lius:sicut Isaias dicit:Quia de sion exibit lex:⁊ vbũ Isa.2.
dñi de hierusalẽ.Audiat hereticus patrẽ loqui de po
testate ⁊ maiestate filij:quo iaz dicẽte possit imbui si

nec ipsi credat auctori. Addidit: Et dñaberis in medio inimicoꝝ tuoꝝ. Exposuit: emissa virtutis vga qd faciet: scilicet vt dñeris in medio inimicoꝝ tuoꝝ. Cõsidera clemẽtissimũ vbũ: vt hic Christũ supra inimicos dñari dixerit: nõ vindicare: qꝛ tũc illis dñaꝶ qñ ad ipsuꝫ delinquẽtiũ turba ꝓuertiꝶ. Aliter enĩ dominaꝶ fidelibus: aliter regnat ĩgratis. Istos beneficys ⁊ correctione educat: illos vindicte districtione pcellit. In medio aũt dixit: in anima: in pcordys vbi dñs requiescit emũdatis sordibus vtriqꝫ peccatoꝝ. Siue Chrm dñari dicit in ecclesia: que est inter hereticoꝝ ac supstitionũ rabiẽ in isto seculo ꝓstituta. Hactenus de natura deitatis ⁊ humanitatis eiꝰ ppheta locutus est: nũc secũde partis discutiamus initiũ. [Tecũ principiũ in die vtutis tue: in splẽdoribus sanctoꝝ.] Ueniꝶ ad secũdũ caput: vbi per hos duos vsus vba patris accipiẽda sũt: vt fas fuit de generatione filij sancta locuturus. Nã vt coeternitatẽ eiꝰ euidẽter ostenderet: dicit oĩpotẽs pater: de oĩpotẽte filio suo: Tecũ principiũ in die vtutis tue. Nã ⁊ ipse pater principiũ
Joan.i. est: vt est illud: In principio erat vbũ. Ibi enĩ patrem designat esse principiũ: vbi erat vbũ. Filiꝰ quoqꝫ in
Joan.s. euãgelio principiũ declaraꝶ: dũ ait: Ego sum principiũ ꝓpter qd ⁊ loquor vobis. Uerꝝ nõ duo principia: sed sicut vnus deꝰ: ita ⁊ vnũ ꝓstat esse principiũ. Hoc etiã ⁊ de spiritu sancto ꝓstat sine dubio sentiẽdũ. Nã cum
Gen.i. de principio loqueretur: subiũxit. Et spiritus dei supferebaꝶ sup aquas. Sed hic sancti: quẽadmodũ sit principiũ: in principio nequeũt itueri. Nã cũ filiũ viderit
Joan.14. Philippus dixit: Ostẽde nobis patrẽ. Quibus ait ĩtegritas: Qui me videt: videt ⁊ patrẽ. Tũc enĩs qñ per gratiã dñi plenissimo ceperit splẽdore radiari: videt principiũ Chrm: in principio esse patre cũ sancto spiritu. Quapropter perfidia desinat arriana ꝓsurgere. Ideo enĩ principiũ pater ⁊ filius dicit: vt eoꝝ coeternitas declaret. Nã si esset tẽpus qñ nõ erat filius: solus pt dici potuit esse principiũ. Sequit: In die vtutis tue in splẽdoribus sanctoꝝ. Respice singula vba quã vim habeãt: quẽ honorẽ. In die: significat eternitatẽ: vbi vnꝰ est dies: vbi iaꝫ a beatis claritas ⁊ vtus
Matth.5. diuina ꝓspicit: de quo scriptũ est: Beati mundo corde: qñ ipsi deũ videbũt. Et de impys legit: Tollaꝶ ĩpius ne videat gloriã dei. Oẽs enĩ videbũt filiũ hominis iudicare viuos ⁊ mortuos: sed deitatem ipsius soli beatissimi ꝓtuent. Ubi sũt illi qui etiã nũc duas naturas in Chro dño minime ꝓfitent? Peccator videt humanitatẽ: beatus ꝓspicit simul ⁊ deitatem. Qõ si vna esset: vt ꝓfingũt natura: nõ poterãt peccatores carnẽ quã cõpunxerũt in resurrectione solã respicẽ: ⁊ deitatẽ ipsiꝰ pariter nõ videre. Splẽdores aũt sanctoꝝ sunt: qñ in resurrectiõe lucebũt sicut angeli dei: ⁊ ita purificati atqꝫ pspicui erũt vt illã maiestatem
1.Cor.15. queãt cordis oculis ĩtueri. Illud enĩ lumẽ nisi in melius ĩmutari videẽ nõ possunt: sicut dicit aplus: Oẽs resurgemꝰ: sed nõ oẽs ĩmutabimur. [Ex vtero ante lucifeꝝ genui te.] Postq̃ dixit: in splẽdoribus sanctoꝝ filiũ esse genitũ: nũc de eiꝰ sancta generatione dictus est: que lꝫ sit inenarrabilis: aliqua tamẽ commemoratione pstringit. Narratio ineffabilis: itellectus incõprehẽsibilis: cogitatio supra creaturaꝝ oĩum vires: que angeloꝝ quoqꝫ superat sensuꝫ: ⁊ tamẽ nobis se ꝓput capere potuissemus idulgẽs. Deꝰ enĩ eternus atqꝫ incõmutabilis: in sua natura pmanẽs: dignatus est assumẽ humanitatẽ nostrã: vt veterẽ hominẽ innouaret: vt de mortali faceret ĩmortalẽ: de peccatore iustũ: de alienato sui regni iuberet esse participem: me imaginẽ suã in ꝓfitẽtibus patereꝶ perire pius: quam annihilare voluit crudelis inimicus. Nũc ad versus istius exponẽda vba veniamus. Dicit enĩ pater ad filiũ: Ex vtero genui te: id est: ex arcano substãtie mee: ex ipsa scilicet deitate: totũ ex toto: omnipotẽtem de oĩpotẽte: lumẽ ex lumine: summũ ex summo: qõ nulla iuestigatio: nullus sensus possit attingere. Nã quẽ
admodũ valeat cõprehẽdi: de qua scriptũ est: Hene- Isa.55.
rationẽ eiꝰ quis enarrabit? Mira breuitas ⁊ sufficiens pro nostra ifirmitate mensura: qꝛ nec plus possumus capẽ: ⁊ hoc abũde sufficit vtriqꝫ credidisse. Ante lucifeꝝ cũ dicit: imẽsitatẽ eternitatis ostẽdit. Lucifer enĩ pro oibus stellis poniꝶ: qñ a parte totũ: qui diẽ significat esse vẽtuꝝ. Et vt ostẽderet icõprehẽsibile: nescio qd dicit priꝰ esse genitũ anteq̃ illud existeret: qõ solet vẽtuꝝ diẽ seculo nũtiare. Nõ enĩ potest principiũ eius cõprehẽdi: a quo cũcta creata sũt. Nũc ad tertie partis veniamus initiũ: in qua iterum
ppheta reloquit. [Jurauit dñs ⁊ nõ penitebit eũ: tu
es sacerdos in eternũ ꝟm ordinẽ melchisedech.] Dicit eteꝝ ppheta: sicut dictũ est: pmissionẽ memorat patris. Jurauit enĩ filio: sed iã Chro qui ex Maria vgine natus. Nã soli vbo qd potuit pmittẽ: qui oĩa cum ipso semp noscit possidẽ: Jurare est enĩ: aliqõ firmũ DEF
sub attestatione pmittẽ. Et cui meliꝰ ꝓuenire potest: nisi illi qui sermonis sui effectũ diuina potestate cõpleuit? Sicut aplꝰ dicit in epistola que scribit ad
hebreos: Ut ostẽderet deꝰ pollicitationẽ heredibus Heb.6.
ĩmobilitatẽ ꝓsilij sui: iterposuit iusiurãdũ: vt p duas res ĩmobiles quibus ipossibile est mẽtiri: deũ fortissimũ solatiũ habeamus: qui ꝓfugimus ad tenẽdã ꝓpositã spem: quã sicut anchorã habemus anime tutam ac firmã. Dinc est (sicut iã dictũ est) q̃ homines iurare merito ꝓhibent: dũ qõ efficere nequeũt temerarie sub dei attestatione pmittũt. Jurat aũt p se deꝰ: sicut Abrae pmisit: Uiuo ego dicit dñs: qñ audisti Gen.22.
vocẽ meã ⁊ nõ pepcisti filio tuo vnico ꝓpter me: nisi benedicẽs benedicã te ⁊c. Nec penitebit eum: vtriqꝫ: qñ de tãta ac tali dispẽsatione cũcta gauisa sũt. Legis etiã: Penitet me fecisse hominem: qñ ante diluuy- Gen.6.
aduẽtũ corda mortaliũ demerserãt in gurgitẽ peccatoꝝ. Hoc aũt dicit pro humanitatis ꝓtutudine: cui aliter res q̃ videbaꝶ sperare succedit. Sequit: Tu es sacerdos in eternũ ꝟm ordinẽ melchisedech. Hoc etiã ppheta pmisisse filio cõmemorat patrẽ. Cui enĩ potest veraciter ⁊ euidẽter aptari: nisi dño saluatori qui corpus ⁊ sanguinẽ suũ in panis ac vini erogatione salutariter ꝓsecrauit? Sicut ipse in euãgelio dicit:
Nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis ⁊ biberitis Joan.6.
eius sanguinẽ: nõ habebitis vitã eternã. Sed in ista carne ac sanguine nil cruẽtũ: nil corruptibile mens humana ꝓcipiat: ne sicut dicit aplus: Qui enĩ corpus i.Cor.11.
dñi ĩdigne mãducat: iudiciũ sibi mãducat: sed vinificatricẽ substãtiã atqꝫ salutarẽ: ⁊ ipsiꝰ vbi ppriã factã: per quã peccatoꝝ remissio ⁊ eterne vite dona ꝓstantur. Quẽ ordinẽ per mysticã similitudinẽ Melchisedech iustissimus rex istituit: qñ dño panis ⁊ vini fructus obtulit. Cõstat enĩ pecudũ victimas perisse: que fuerunt ordinis Aaron: ⁊ Melchisedech manere potius istitutus: qui toto orbe in sacramẽtoꝝ erogatione celebraꝶ: qõ adhuc iudei nõ ĩtelligũt obstinati: cũ eoꝝ ⁊ sacerdos ⁊ sacrificia de medio ꝓbentur ablata. Sacerdos aũt ꝓcipue dicit Christus: qui semel pro nobis obtulit ĩmolãdũ: de quo dicit aplꝰ: Talis enĩ ꝫ Heb.7.

decebat

decebat vt nobis esset põtifeꝝ sanctus: inocẽs: ipollutus: segregatus a peccatoribus ⁊ excelsior celis factꝰ. Quẽ sensuꝫ mirabilr ⁊ euidẽter exequit. In eternũ vo cũ dicit: ipse significat dñs Chrs: qui pmanet in
gloria sempiterna. [Dñs a dextris tuis: confregit in
die ire sue reges.] Qõ pater dicit fecisse: hoc ⁊ filiũ: hoc ⁊ spiritũ sanctũ sine dubio ꝓstat operatũ. Illud aũt mouẽ potest: cũ in psalmi huius initio: pater dixerit filio: Sede a dextris meis: nũc iteꝝ ppheta dicit: A dextris filij: patris opatã fuisse vtutẽ. Qõ ideo dictũ est: vt cũ hec vicissitudo eq̃lis ponit: maiꝰ hic aut minꝰ aliqd nullo modo sentiaꝶ. Reges ꝓfregit:
Ps.2. illos significat: de qbus secũdus psalmus ait: Astiterũt reges terre ⁊ principes ꝓuenerũt in vnũ: aduersus dñm ⁊ aduersus chrm eiꝰ. Hos ꝓfregit: qñ supbiã eorũ: oĩpotẽtie sue virtute ꝓstrauit: qꝛ nisi fuissent cõfracti: in malitie sue vtriqꝫ noxio rigore cõstiterant.
[Judicauit in nationibus impleuit ruinas: cõquassa
Alias terra multorum
uit capita multa in terra copiosa.] Proprietates intuere vboꝝ. Reges ꝓfringẽdos in supiore vsu dixit: ꝓpter supbiã tyrãnicã: nũc populos iudicari ꝓhibet: ꝓpter peccata cõmunia: vtriqꝫ tñ a suis itẽtionibus feliciter cadũt: dũ a priore malignitate bono ꝓpposito ꝓuersionis abscedũt. Et ꝓsidera quo modo hic dicit iudicare: vt ipleat ruinas. Implet enĩs ruinas: qñ de cordibꝰ humanis facit peccata corruere: delictaqꝫ noxia emẽdatione saluberrima disperire. Qõ per illud exẽplũ potest itelligi: vbi ait: Destrues eos: ⁊ nõ
Ps.17. edificabis eos. Qõ vtriqꝫ nõ diceret: nisi destruerent aliqui, psperius inouãdi. Sequit: Cõquassauit capita multa in terra copiosa. Capita illoꝝ vtriqꝫ qui caput nõ habẽt chrm. Nã qui diabolũ diuersis sequun
ETY tur errorib: cũ fuerit correcti: capite suo sine dubitatione quassant. Caput vo dicit sublime atqꝫ honorabile culmẽ corporis nri: appellatũ a capiẽdo: qõ sensus nros capiat vniuersos: id est: visuꝫ: auditũ: gustũ: olfactũ: tactũ: qõ vtriqꝫ alia mẽbra nra excepto tactu nõ capiũt. Et ideo caput nostrũ recte possumus dicẽ: quẽ decernimus sequi. Terrã vo copiosaꝫ dicit: que peccatores abundanter enutrit: q̃si messem germẽqꝫ
vitioꝝ. [De torrente in via bibit: ꝓpterea exaltauit
caput.] Torrẽs: fuit turbulenta pscutio iudeoꝝ: de qua dñs Chrs bibit in via: id est: in vita: duꝫ corpore ptulit. Sed dũ in via dicit: illata vis ostẽdit: ⁊ velocissimus trãsitus ĩdicaꝶ: per quã itinerãtes vebi solẽt ad aliã mãsionẽ. Ipse est aũt qui audiuit: Sede a
DOG dextris meis. Ipse cui dicit: Tu es sacerdos in eternũ ꝟm ordinẽ Melchisedech. Ipse qui conquassat capita peccatorum: cui propter gloriose merituꝫ passionis datum est nomen quod est supra omne nomẽ:
Phil.2. vt in nomine eius omne genu flectatur: celestium ⁊ infernorum. Audis passum pagane vel iudee: lege ⁊ ipsum esse futurum iudicem: vt ꝓtremiscas omnipotentem deum: qui hominem iudicas negligendum.

Conclusio.

Septimus quidẽ psalmus est: quem de duabus naturis dñi nostri iesu Christi
predicatum esse memorauimus. Sed quoniaꝫ dicit
2.Timoth.4 apostolus ad Timotheum scribens: Predica verbũ: insta opportune importune: argue: exhortare: increpa cum omni patientia ⁊ doctrina: velim vobiscum qui vnam naturaꝫ in christo domino factam putatis adhuc miscere colloquia. Nobiscũ certe creditis: qõ
Joan.1. in vtero Marie semp virginis: verbũ caro factũ est ⁊ habitauit in nobis: eũqꝫ in assumpta humanitate passuꝫ ⁊ sepultũ: qui tertia die resurrexit a mortuis: visum deinde corporaliter aplis ac credẽtibus sibi: ascẽdisse quoqꝫ in celos cum carne qua resurrexit a mortuis hactenus omnino pdicãdi. Sed quid in postꝝ terrena sapitis: qui vsqꝫ ad celestia puenistis? Ubi est ergo illa natura cũ qua dñs ascẽdit in celos?
Morte iaꝫ perire nõ potuit: testãte aplo: Hoc scien- Roma.6.
tes q̃ Christus surgẽs a mortuis iaꝫ nõ moriꝶ: mors ei vltra nõ dominabiꝶ. Quod enĩs mortuus est: peccato mortuus est semel: qõ aũt viuit: viuit deo. Quare diceret viuit deo ⁊ nõ viuit deꝰ: si vna facta est natura que viuit? Sed est aliud videlicet qõ viuit deo: vtriqꝫ qõ mortuũ est semel peccato. Audis deide: Sedet ad dexterã patris: ⁊ dubitas eũ retinẽ: qõ humanitati eiꝰ potest solũmodo ꝓuenire. Permittite quesumus: spes salutis nostre Christũ dñꝫ semp dici: qui recte potest tali nomine nũcupari: cũ in duabus naturis adunatis atqꝫ pfectis in gloria patris pmanet in secula seculoꝝ. Nã si dicta vestra diligẽti examinatione pẽsetis: quotiẽs iesuꝫ Christũ vnius esse nature dicitis: totiẽs eũ filium sancte virginis abnegatis: ⁊ videte vnde iam vobis salus veniat: si a vobis dñm saluatorẽ puersitas ꝓfessionis abscidat.

Explicit expositio in psalmum.109m.

¶ Alleluia. CX.

Onfiteboꝝ tibi dñe in toto corde meo: in ꝓsilio iustoꝝ ⁊ ꝓgregatione. Magna opa dñi: exquisita in oẽs volũtates eiꝰ. Cõfessio ⁊ magnificẽtia opus eiꝰ: ⁊ iustitia eius manet in seculũ seculi. Memoriã fecit mirabiliũ suoꝝ misericors ⁊ miserator dñs: escã dedit timẽtibꝰ se. Memor erit in seculũ testamẽti sui: virtutẽ opeꝝ suoꝝ annũtiabit populo suo. Ut det illis hereditatẽ gẽtiũ: opera manuũ eius veritas ⁊ iudiciũ. Fidelia oĩa mãdata eius ꝓfirmata in seculũ seculi: facta in veritate ⁊ equitate. Redemptionẽ misit dñs populo suo: mãdauit in eternũ testamẽtũ suũ. Sanctũ ⁊ terribile nomẽ eiꝰ: initiũ sapiẽtie timor dñi. Intellectus bonus oibꝰ faciẽtibus euꝫ: laudatio eius manet in seculum seculi.

Uamuis hoc nomẽ laudis generale esse videaꝶ: tamẽ ibi maxime apponitur vbi magna exultatione gaudet. Laudat enĩ dñm populus suus: qui a mũdi clade liberatus: vitioꝝ nescit sustinere seruitiũ. Que laus future figurã noscit portare letitie: vbi dominus a fidelibus suis absq̃ intermissione cõspicit ⁊ sine fine laudaꝶ: sicut in alio psalmo legit: Beati Ps.83.
qui habitãt in domo tua: in secula seculoꝝ laudabũt te. Est etiã psalmus iste apud hebreos alphabeti ordine decoratus: qui per capita comatũ siue diuisionũ primus cunctis litteris annotatur: illos nobis iustos indicãs: qui diuina gratia tribuẽte perfectis virtutibus elucescũt. Nam sicut superiores psalmi alphabetodes q̃sdã litteras minus habẽtes: illos designãt: qui nõ a deo vniuersis meritis repleti sunt: sed tamẽ in sancto concilio habitare noscunt: ita ⁊ isti cõple-

tis litteris omnibus excellentiū merita videnť indicare iustoꝝ. Est ⁊ alia causa: vt pater Hylarius dicit: positi huius alphabeti. Scim⁹ paruulos ⁊ rudes per litteras erudiri: vt sapientie p̄cepta conquirant. Sic huiusmodi psalmi pueris ⁊ incipiētibus dātur: vt primordia eoꝝ quasi quibusdaꝫ docētibus instruantur. Nam q̄uis quosdā: ⁊ sine litteris scripturas diuinas didicisse legerimus: facilior tamen res est: dei gratia fragilitati nostre per litteras p̄udētiam discere: q̄ illud miraculum sustinere. Cōmonemur ergo per hoc sacramētū: q̄tenus p̄nissime ad eruditionis studia festinemus: qñ vt elemēta meditari ac discere debeamus: ordo ipse ponit litteraꝝ. Diuisio.

Populus beatoꝝ: diuersis mundi partibus aggregatus. Primo ingressu psalmi: p̄fiteri se dicit dño in p̄gregatione iustorū: vbi est eterna laus ⁊ sine fine p̄coniū. Cōtinet aūt hec pars: p̄dicti alphabeti litteras sex. Secūdo fideles eius dicit copioso munere satiatos: aduentum dñi cōpromittēs: vt hereditatē pollicitā auidissima intentione p̄quirant: In quo alie decē littere sunt digeste. Tertio redēptos asserit christianos: ⁊ testamētū nouū eterna gratia p̄secratū. Iste vo residuas sex litteras recipiēs: totū alphabetū decora perfectione cōpleuit. Expositio.

Aleph Beth

Confitebor tibi dñe in toto corde meo: in p̄silio iustoꝝ ⁊ p̄gregatione. ¶ Cōfitebor: sicut sepe diximus: equiuocū nomen est: sed pro locoꝝ diuersitate suscipit. Confitent enī ⁊ qui peccata deplorāt: idē ⁊ qui dño gratias referūt p̄fitenť. Sed illud in lachrymis: istud in gaudio est. Illud in afflictione: istud in sancta mētis alacritate nosciť p̄stitutū. Unde hic p̄fusa letitia exultat populus fidelis: quādā imaginē futuri seculi designās: vbi voces iste p̄tinue sūt: ⁊ laudes dñi deuota mēte cōcelebrat. Nā vt sinceritatē sue intentionis ostēdat: laudatuꝝ se dicit eū toto cordis affectu: vt nihil cogitatio aduersa surripiat: nec splēdidā lucidāq; mētē: diabolica videanť fuscare p̄stigia. Sequiť: In p̄silio iustoꝝ ⁊ p̄gregatione. Si p̄silium iustoꝝ ⁊ p̄gregationē hic velis exquirere: omnino videť esse difficile: vt in hoc seculo electos oēs inuenias: vbi ecclesia p̄mixtione bonoꝝ malorūq; completa est. Sed qui hic toto corde confitenť: iam videnť in illa p̄gregatione iustoꝝ psallere: quā de cunctis gētibus in futuꝝ manifestū est dñm p̄gregare. Et videamus quid nobis ista verba denūtient. Cōsiliū iustorū est: qñ beati cū dño resurrectionis tēpore iudicabūt: sicut in primo psalmo dictū est: Ideo non resurgūt impij in iudicio: neq; peccatores in p̄silio iustorū. Hoc enim in euāgelio apostolis ⁊ sanctis suis specialiter dñs cōpromisit dicēs: Sedebitis sup duodecim sedes: iudicātes duodecim tribus israel. Cōgregatio vo: significat totius ecclesie beatā coronā: de diuersis mundi partibus adunatā. ¶ Magna opa dñi: exquisita in oēs volūtates eius. ¶ Dinc iaꝫ enumerationes sincerissime p̄fessionis ingredīť: magnā imensitatē bonitatis ostēdit. Quid enīꝫ magnificētius q̄ de impio facere iustū: de hoste filiū: de captiuo liberū: Ut in eis cōpleat qd apls dicit: Ubi aūt abūdauit peccatū: supabundauit ⁊ gratia. Exquisita: id est: singularis exacta: cui nihil potest simile reperi. Permittit enī diabolū seuire: vt ex illius iniquitate sibi debeat fidelissimos inuenire: nouoq; modo nasciť de afflictione gaudiū: de p̄secutione tēporali: eterna securitas. Et ne putares pro parte laudatum: adiecit: In oēs volūtates eius. Quicquid enim facit: eximie atq; incōprehēsibiliter opať: sicut in Geneſi scriptū est: Fecit deꝰ oīa valde bona. Sic illa inestimabilis: illa inestimabilis laus: sub breuitate p̄clusa est. ¶ Cōfessio ⁊ magnificētia opus eius: ⁊ iustitia eiꝰ manet in seculū seculi. ¶ Operā illā dñi quaꝫ superius dixit: nūc ite ꝝ quēadmodū intelligať exponit. Gloria enī ⁊ decor: sicut pater Hieronymus transtulit: est opus eius: qm̄ ⁊ laudabilia sunt nimis ⁊ decora que facit. Diximus enim p̄fessionē illā hic accipiēdā: que vbis p̄conialibꝰ explicať. Sequiť: Et iustitia eiꝰ manet in seculū seculi. Hic iustitiā dñi: sentētiaꝫ futuri iudicij debemꝰ aduertē: que oīno ppetua est. Iustitia q̄ ppe eius manet in seculū seculi: cū peccatoribus dixerit: Ite in ignē eternū: qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Iterūq; iustitia eius manet in seculū seculi: qñ fideles aduocauerit dicens: Uenite benedicti patris mei: percipite regnum qō vobis paratuꝫ est ab initio mundi. Sic in vtraq; parte iustitia domini: ppetua ⁊ incōmutabilis perseuerat. ¶ Memoriam fecit mirabilium suorum: misericors ⁊ miserator dominus. ¶ Ad secundū venit ingressum: vbi ostendit esca celesti fidelissimos pastos: id est: aduentu domini: vtiq; saluatoris. Memoriam ergo fecit mirabilium suorum: quando plurima noua ⁊ inusitata monstrauit. Tunc enīꝫ omnia deū regere: potuit euidēter aduerti: quando vise sunt p̄suetudines reꝝ sacris iussionibus immutari. Conuertere enim veraciter nō potest ordines reꝝ: nisi qui eas ⁊ fecisse: ⁊ administrare cognoscit. Et vt ostenderet qui fecit memoriam mirabilium suoꝝ. Sequitur: Misericors ⁊ miserator dominus. Misericors: naturam eius pietatis ostendit. Miserator: tēpus quo aduentu suo misericordiā fecit: ⁊ humano generi larga pietate subuenit. ¶ Escam dedit timentibus se. Memor erit in seculū testamēti sui. ¶ Quod dixit: Escam dedit timentibus se: significat vtiq; spiritualē cibum. Quis enim escaꝫ cōmunem putet fidelibus ad p̄miū datam: que ⁊ peccatoribus passim cognosciť attributa? Sed vt magis hoc de aduentu dñi saluatoris debuisses aduertere. Sequiť: Memor erit in seculū testamenti sui. Memor erit: humanitatis p̄suetudine dicitur: qꝫ tunc q̄s aliquid in mente habuisse putatur cum p̄missa compleuerit. In seculū: eternitatē significat: quia verba testamēti sui: solidissima veritate custodit. Nā sicut p̄missus est in veteri testamento dñs saluator: ita in nouo aduenire dignatus est: in quo esca data est timentibus eum: id est: cōmunicatio corporis ⁊ sanguinis sacri: que est salus gentium ⁊ remissio peccatoꝝ. ¶ Uirtutem opeꝝ suoꝝ annuntiauit populo suo. Ut det illis hereditatem gentium. ¶ Hic est impleta sententia que tribus versibus continetur. Uirtus operum fuit: quam dicit in euangelio: Leci vident: surdi audiunt: leprosi mundantur: mortui resurgunt: ⁊ beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Annuntiauit: manifestam fecit: Populo suo scilicet christiano: quem redemit sanguine pretioso. Sed hoc illi prophetie spiritu dicunt: qui ante aduentum domini in eum sancta fide crediderunt. Dedit autem eis hereditatem gentium: quando ecclesiam catholicam: de cunctis nationibus viuis lapidibus fabricauit. Ipsa est hereditas que p̄missa est Abrae: Multiplicabo semen tuum sicut stellas celi: ⁊ sicut arenā que est ad oram maris. Aperuit enim causam quare

virtutem

Ps.i.

Matth.19.

Gimel Deleth

Romā.5.

Beñ.i. He Vau

Matth.25.

Ibidem

Zai Heth

Teth Ioth

Caph Lamech

Matth.ii.

Beñ.22.

virtutem operum suorum annuntiauit populo suo: scilicet vt daret eis hereditatē gentium. Ipsa enīꝫ intētio fuit miraculoꝝ vt crederent: ⁊ p̄mia cōpromissa credentes acciperent. ¶ Opera manuū eiꝰ veritas ⁊ iudiciū. Fidelia oīa mādata eius. ¶ Pulcherrimis varysq; sententys in hoc ⁊ sequēti versu laudes dñi describuntur: que duodecima est species definitiōis: quā greci cata ꝓnenon: latini per laudem dicūt. Opera quippe virtutis eius est: quando cōfitentibus parcit: ⁊ beatos ex ipys facit: deide cū obstinatis penas debitas reddit. Quapropter p̄prie dictum est: Opus eius vītas ⁊ iudiciū. Ueritas est enīꝫ: cū fidelibꝰ promissa restituit. Judiciū: qō impys cōminať: qm̄ qui hic p̄cepta eiꝰ facere negligūt: ibi vindictā ppetuam sustinebūt. Sequiť: Fidelia oīa mandata eius. Scriptū est: Serua mādata ⁊ seruabūt te. Fidēlia vo sūt: qm̄ nullo mendacio dicta variaňť: sed absolute nos custodiūt cū ea custodire dñi munere festinamus. ¶ Cōfirmata in seculū seculi: facta in veritate ⁊ equitate. ¶ Humana vba incassuꝫ missa soluunť: dñi autē sermo p̄firmatus p̄manet in eternū. Nesciť enīꝫ titubare: qō veritas loquiť. Sequiť: Facta in veritate ⁊ equitate. Mandata illa que superius dixit: vt ea crederes certissimis effectibus esse plenissima: facta dixit esse q̄ dicta. Et vt dignitas eorum amplius appareret: adiecit: In veritate ⁊ equitate. Ueritas est: qꝫ dicta cōplenť. Equitas: qꝫ iustitie pondere p̄ferunť. Has enim virtutes manifestū est cōtinere mādata. ¶ Redemptionē misit ꝗ populo suo: mādauit in eternum testamentuꝫ suū. Sanctum ⁊ terribile nomen eius. ¶ Hic Enthymematicus syllogismus iaꝫ nobis frequentatus obozirť. Cui⁹ ppositio est. Redemptionem misit populo suo: mandauit in eternū testamētū suū. Sequiť expectata cōclusio: Sanctū est igiť ⁊ terribile nomen eius. Audiamus reliqua que sequūtur. Peruentum est ad ingressum tertiuꝫ: in quo dominum saluatorem p̄nuntiat esse venturum: qui timendus: amandus: ⁊ p̄tinua exultatione laudandus est. Conuenienter autem dicit: Redemptionē misit: quoniam hoc videbantur indigere captiui. Sed tale p̄reciuꝫ fuit quod nō tyrannus sumeret: sed ille qui absoluebatur acciperet. Lucratus est captiuus redēptionem suam: ⁊ ipse est magis inde ditatus qui tenebatur obnoxius. Sequitur: Mandauit in eternū testamentum suuꝫ. Mandare dicimus: absentibus verba per medias destinare personas. Quod factuꝫ constat: quando testamentum nouum per apostolos atq; euangelistas suos transmisit ad gentes. In eternum autem recte dicitur: quia nullum illi aliud successurum significatur: sicut in veteri testamento constat effectum. Hoc est enīꝫ qō cuncta conclusit: quia plenitudinem suam que p̄ius fuerat p̄missa restituit. Merito ergo eternum dicitur: qō nullo alio indigere cognoscitur. Addidit: Sanctuꝫ ⁊ terribile nomen eius. Sanctum pertinet ad incarnationem: sicut ipse dicit: Custodi animam meam: quoniam sanctus sum. Terribile ad omnipotentiam deitatis excelse: sicut in alio psalmo dicitur: Tu terribilis es ⁊ quis resistet tibi? Que duo ad illud pertinēt vt amemus aduocatum: iudicantes timere debeamus. Hec enim cōpetenter vtraq; coniuncta sunt: ne nos aut solus amor negligentes reddat: aut tm̄ timor desperatos efficiat. ¶ Initium sapientie timor domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eam: laudatio eius manet in seculū seculi. ¶ Pulchre definitum est quid sit timor domini: scilꝫ initiū sapientie. Per hūc enim ad dñm: velut quibusdā ianuis introitur. Nā si metus eius iudicij nesciatur: conuersionis medicina negligiť. Timeamus vlciscentē: vt mereamur redemptionis gratiā reperire. Sequiť: Intellectus bonus omnibus faciēbus eam. Ne sapientiam putares humanā que in certis casibus nutat ⁊ fluctuat: dicit de ista celesti sapientia. Intellectus bonus: id est: verus atq; salutaris: quē cōstat in illa nō esse: de qua scriptū est. Sapiētia huius mundi stultitia est apud deum. Iste ergo itellectus qui in timore domini p̄batur itentus vtilis atq; fructuosus est: qm̄ inde nascitur: qō ad perennem gloriaꝫ perducere videatur. Adiecit: Laudatio eius manet in seculū seculi. Ecce intentio psalmi tota declarata est. Populus ille fidelis a diabolica p̄uaitate liberatus gratias agēs dño: sententiā religiose mentis expressit. Qō ⁊ hic facere debent qui deuoti sunt: ⁊ in illa celesti hierusalem a beatis cōstat esse peragendū. Laudatio enīꝫ eius nō claudiť termino: qꝫ nec finē habere pōt beneficium. Hic laudať: qꝫ peccatores liberat: ibi p̄dicatur qꝫ deuotos coronat. Merito ergo Alleluia in titulo psalmus iste cognosciť suscepisse: qui ⁊ a laude domini fecit initium: ⁊ eius laude finitus est. Conclusio.

Mem Nun

DEF

Ecci.15.

Samech Ain

Mydio Phe Sade Coph

Res Sin Tbau

i.Cor.3.

Quam bene fidelissimus pplus iste letatus est. Fuit ⁊ nostrum gaudium audire gaudētem. Alacritas enim mentis augeť: quando alterius letantis p̄plata verba suauiter bauriuntur. Sed nec hoc quoq; puteť ociosum: qō post centesimumnonū psalmū hec exultatio fideliū tali numero collocať. Respice enim dulcedinē securitatēq; canentiū: ⁊ inuenies hic imaginē illius p̄remij cōtributam: quam operarys in euangelio dñs polliceť: quos ad laboreꝫ vinee vocationis sue muneribus inuitauit. Ipse est enim denarius qui ⁊ mane ⁊ sero venientibus dabitur. Denarius: qm̄ coronalis est. Unus q̄ finē penit⁹ nō habebit. Addita est huic psalmo ⁊ alphabeti decora perfectio: vt gratie tante exultationis litterarum institutio iungeretur.

Explicit expositio in psalmum .iio.

¶ Alleluia. Conuersionis Aggei ⁊ Zacharie. CXI.

tatis idulsit. Oratio vo ipsa ex humili: ex mansueto:
ex sincero debet corde pcedere: peccata sua sine excu
satione pfitens: ⁊ inter amaras lachrymas de dulcis
sima dñi miseratione pfidēs. Terrena non expectat:
sed celestia pcupiscat. Sit segregata desiderio corpo
reo: ⁊ tū iuncta diuino. Sit tota deniqz spiritualis:
habēs solas lachrymas carnis. Nā quē orās ptempla
tione mētis: quantū fas est appete pueri: ⁊ agnoscis
q̃lis ante ipsum debeas pstratus offerri. Ille eni est:
1. Timo. 6. sicut dicit aplus: beatus ⁊ solus potens rex regum: ⁊
dñs dominantiū: qui solus habet imortalitatē: ⁊ lucē
habitat inaccessibilē: quē nemo hominum vidit: sed
nec videre pōt. Quapropter ad talē tātū qz dñm cuz
omni timore vel dilectione debemus accedere: ⁊ ita
in eū dirigere mētis intuitū: vt quicquid potest splē
doris: claritatis: fulgoris: maiestatis mens humana
pcipere: sup hec oīa cognoscas esse deū: qui oēs crea
turas suas incōparabili bonitate dispēsat. Nec falsa
pſumptione nobis aliquid imaginemus: qñ arcana
substātia dei qui fecit oīa sicuti est: creaturarꝫ sciētia
nō potest cōprehendi. Nulla enim forma in deo: nul
la circūscriptio est. Natura inestimabilis: virtus in
cōprehensibilis: pietas singularis: De quo nimis con
DOG grue pnuntiatū est: Deus potest dici qd̄ nō est: nō po
test cōprehēdi qd̄ est. Ad hunc igiť omnipotētē: sine
initio: sine fine: qui vniuersas mundi partes omnēqz
creaturā sua cōmeat atqz replet: sic tamē vt in seipso
vbiqz sit totus: malos nō pſentia sed gratie sue virtu
te derelinquēs. Quod pater Augustinus ad Darda
nū scribēs: latius explicauit. Salutariter nos admo
Ps. 94. net festinare sermo ppheticus dicēs: Uenite adore
mus ⁊ pcidamus corā dño: plorēmus ante dñm. Et
ne oīno fluctuātes ac trepidi linqueremur: addidit:
Qui fecit nos: vt cum nos ab ipso creatos esse cogno
scimus factorē nostrū fiducialiter exorēmus. Tunc
qd̄ a nobis humiliter in diuina laude dicendū est: in
ipsa pene oratione sentiť cum a dño clementer audi
mur: si nobis tamen expediat obtinere qd̄ petimus.
Nullus enim ingratus a superna donatione repelliť:
cui petere simplici ac deuota mēte pcediť. Tātuz se
eni aliqs impetrasse veniā sentit: quātū pias lachry
mas fudisse cognoscit. Est ⁊ aliud nře puectionis in
diciū: vt quanto qs se plus amare ⁊ timē cognouerit
deū: tāto necesse est vt illi diuinū ppinquet auxiliū.
Sic beneficio dñi ois diabolica fraus vinciť: sic ipso
miserāte peccata supanť. Dicta fūt qdē de oratione:
quātū ⁊ mediocritas igenij: ⁊ loci q̃litas postulauit.
Si qs vo de hac re plenissima cupit vbertate satiari:
legat facūdissimum Lassianū: qui in nona ⁊ decima
collationibꝰ: tāta ⁊ talia de orōnū gñibus disputauit:
vt euidēter per ipm spūs scūs locutus fuisse videaťur.

Explicit expositio in psalmum .141m.

¶ Psalmus qñ filius Dauid ipsuz psequebať. CXLII.

Domine exaudi orationē meā: auribus percipe obsecrationez meā: in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Et nō intres in iudiciū cū seruo tuo: q̃ nō iustificabiť in pspectu tuo oīs viuens. Quia pſecutus est inimicus animā meā: humiliauit in terra vitā meā. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: ⁊ anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum. Ademor fui diez antiquorꝫ: meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi. Uelociter exaudi me dñe: defecit spiritus meus. Non auertas faciez tuam a me: ⁊ similis ero descendentibus in lacum. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: q̃ in te speraui. Notam fac mihi viam in qua ambulem: q̃ ad te leuaui animam meā. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectaz: propter nomen tuuz domine vivificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione animaz meā: ⁊ in misericordia tua disperdes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.



Ystoria hec: regū qdē lectione notissima est. Nā filius Dauid Abessalon regno fugatū patrē suū: ipie cognoscit pſecutus. Que similitudo (sicut qdā volūt) ad oēz porigiť christianū: qui peccatis seuiētibus tanq̃ a filys pprys in mūdi isti acerbitate verať. Sed cōtra hec penitudo remedialis opponitur: quā hic psalmus pstinē mōstrať. Memēto tamen q̃ hec hystoria: ⁊ in 3° psalmo iaz posita est: sed ibi abessalon ppterea noiatus est: qñ exēplū eiꝰ ad solū Iudā voluit ptinere: hic vo nomen ipsius positum non est: vt sicut iam prelocuti sumus: ad vitia sua estimaret dictum vnusquisqz fidelium. Diuisio.



Uamuis ppheta plurimorꝫ penitētium meditatione fuerit exercitatus: tū quātū futuris laudibꝰ reddebať vicinus: tanto cōpunctione cordis ad penitētie lauacra pueriť: vt salutari suffugio cōpetenter ablutus: pſpectibꝰ dñi mūdissimꝰ appareret. Merito ne illā sentētiā pfusionis audiret: Peccatori autē
Ps. 49. dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas: Prima itaqz deprcatione rogat dñz Ihz: ne cū seruo suo velit irrare in iudiciū: sz pturbationi sue misericordiā ipsiꝰ supplicat subuenire. Scōa: velociter puenire petit ad veniā: vt deductus in viā veritatis: ab inimicorꝫ liberetur insidys. Expositio.

Omine exaudi orationē meam auribus pcipe deprcationē meaz: in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Alt. obsecrationem Nisi altiꝰ pscrutemur: comata vsus istius sibi videntur esse pcraria. Nā cū primū ppheta petat humiliter admitti orōnez suā: postea se exaudiri

in eius iustitia deprecaꝝ. Sed totũ ad lachrymabilẽ
ꝓfessionẽ ptinẽ nõ dubiũ est: maxime cũ hic psalm⁹
ad humilitatẽ penitẽtiũ ꝓbeꝝ aptatus. Veritas enĩ
⁊ iustitia ipsi⁹ est: ne cũ rogãte discepteꝝ: ne ad iudici
uꝫ illũ trabat qui se hic ꝑ ipse ꝓdemnat. Supbos
enĩ dñs ad examẽ adducit: qui se bona putãt habere
negocia: ⁊ solus ille iudiciũ ꝓbaꝝ euadere qui recur-
rit ad ꝑces. Nõ eniꝫ diuina maiestas austera potesta
te seuera est: vt illos velit affligere: qui se hic pecca-
toꝝ suoꝝ recordatione discrutiãt. Nã vide qd segũ:
Al. quia [Et nõ itres in iudiciũ cũ seruo tuo: ꝗm nõ iustifi-
cabiꝝ in ꝓspectu tuo oĩs viuẽs.] Apertũ est qua volũ
tate iustitiã dñi petebat: qui nũc dicit: Nõ itres in iu
diciũ cũ seruo tuo. Nã si iustitia iudicium significas-
set: hoc petere non poterat qõ pauebat. Nec moueat
qõ iudici dicit: Nõ intres in iudiciũ cum seruo tuo.
Isa. 5. Ipse enĩ hanc formã locutionis ostẽdit dicẽdo: Iudi
cate iter me ⁊ vineã meã. Sequit: Quia nõ iustifica-
biꝝ in ꝓspectu tuo oĩs viuẽs. Causa reddita est: quare
noluerit ad iudiciũ venire cũ dño: vt nõ sola potesta
tis reuerẽtia: sed etiã ipsa videaꝝ iustitie regula for-
Roma. 5. midata. Sic enĩ scrptũ est: Cõclusit de⁹ oĩa in incre
dulitate vt oĩb⁹ miſereaꝝ. Sed cũ dicit: Oĩs viuẽs:
hominẽ significat generalẽ: vbi ⁊ infantũ vita ꝓclu-
ditur: qui originali peccato nisi aqua regenerationis
Job. 15. abluanꝝ obnoxy sũt. Unde ⁊ Job veracissime dicit:
Ps. 50. Nemo mũdus ante te: nec ifans cui⁹ est vni⁹ diei vi
ta sup terrã. Et in 50° psalmo iã dictũ est: Ecce enĩ in
inigtatibus ꝓceptus suꝫ: ⁊ in delictis peperit me ma-
ter mea. Cuius enĩ erat tãta iustitia: vt nõ aliquo tẽ-
poꝛe: aliqua etate peccauerit: qui ⁊ per traducẽ deli-
cti tenemur obnoxy: ⁊ quotidianis lapsibus addi-
mus: vt nunq̃ per nos nisi per diuinam gratiã liberi
esse possim⁹. Quapropter desinat heresis pelagiana
desipere: que taꝫ multis scripturis diuine sententys
priusq̃ iciperet ante damnata est. [Quia psecut⁹ est
inimicus aĩam meã: humiliauit in terra vitã meaꝫ.]
Quis titulus de Abessalon dicere videaꝝ: tamẽ be-
ne inimicus imperſonaliter ponitur: vt hoc ⁊ de dia-
bolo sentiamus. Humiliaꝝ aũt in terra: cuius carna-
libus actionibus vita polluiꝝ: nõ illa humilitate ꝓ-
babili: sed in declinatione vitiosa. Quod merito pro
Ps. 101. pter afflictionẽ specialiter exprimẽdam penitẽs ait:
qui in alio psalmo dixit: Quia cinerẽ sicut panẽ man
ducabã: ⁊ potũ meũ cũ fletu miscebam. [Collocauit
Al. super me in obscuris sicut mortuos seculi: ⁊ anxiat⁹ est ꝗ in
me spiritus meus: in me turbatũ est cor meuꝫ. Me-
mor fui dieꝫ antiquoꝝ.] Collocauit: deputauit signi
ficat: more furentiũ inimicoꝝ: qui sic hominem ꝓte-
mnũt odiosuꝫ: q̃si iam iudicẽt ⁊ sepultũ. In obscuris
enĩ reuera collocatus est: qui post regni culmina ꝑse
cutionis patiebaꝝ iniuriã. Et sicut mortuus seculi ha
bitus est: in quo nec ꝓbetalis: nec regni reuerentia:
nec ipse quoqꝫ paternus ꝓsiderabaꝝ affectus. Mor-
tui enĩ seculi sunt: qui in peccatis suis defecisse noscũ
tur. Et ideo vir tot bonoꝝ iuste se deflet sic fuisse de
spectũ: vt crederẽ nullatenus vindicãdus. Sequit:
Et anxiatus est in me spiritus meus: in me turbatuꝫ
est cor meũ. Anxi⁹ spiritus: vicinitatẽ periculi ꝓdit.
Turbatũ cor: humanã sapientiã testaꝝ esse ꝓfusam:
vt spem suã amplius in dño reponeret: cũ viriũ sua-
rũ ꝓfidentiã nõ haberet. Addidit: Memor fui dieꝫ
antiquoꝝ. Iuste cor ei⁹ fuerat ꝓturbatũ: qm̃ memor
erat ingẽtiũ peccatoꝝ. Ipsi enĩ sunt antiqui dies: ve
teris illius hominis antiquitate fuscati. Nã sicut hic
nouitas ꝓdit innocẽtiã vite: sic antiquitas scelerata
facta testaꝝ. [Et meditatus suꝫ in oĩbus opibus tuis:
⁊ in factis manuũ tuaꝝ ꝗmeditabor.] Ad curã rcdut
salutaris agnitio: quatenus cũ diuina opa recoleret:
erumnaꝝ suaꝝ memoriã nõ haberet. Opera enĩ dñi
dicit: qbus celum terrãq̃ mirabili dispositione fun-
dauit: quibus patriarchis bona fecit: qbus populum
per mare trãstulit hebreorum: que se dicit frequẽter
iterasse: vt amaritudinẽ mũdi suauitas excluderet le
ctionis. Quod exemplus pro maximo remedio posi-
tum debemus accipe: vt nos quoqꝫ similis possit me
dicina saluare. [Expãdi manus meas ad te: ꝗ anima
meam sicut terra sine aqua tibi.] Ls innumeris lo-
cis ꝓbetauerit dñi saluatoris aduentũ: hic etiã ex-
tẽsione manuũ sancte crucis designauit effigiẽ. Naꝫ
qui expansis manibus orar: illaꝫ crucẽ redemptoris
imitaꝝ: que ls a ꝑfidis iudeis pro pena data est: con-
cessa tamẽ est credẽtibus ad salutem. Sic ⁊ Moyses Exo. 17.
qm̃ cũ amalechitis pugnabat effecit: vincebat cũ ma-
nus expãderet: ꝑdebat si bracchia remisisset. Segũ
cõparatio in qua dicit sic aĩmã suã desiderare deũ:
quẽadmodũ solet sicca terra copiosas pluuias susti-
nere. Tale est ⁊ illud quadragesimi primi psalmi ini-
tiũ: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquaꝝ: ita de-
siderat anima mea ad te deus. Intuere qõ dixit: Ti- Ps. 41.
bi: nõ alteri: ne istud desiderium malis volũtatibus
applicares. [Uelociter exaudi me dñe: defecit spiri-
tus meus.] Ne auertas faciẽ tuã a me: ⁊ similis ero Al. Non
descẽdentib⁹ in lacũ.] Post exordiũ decursus: venit
ad luctuosissimã narrationẽ: petẽs sibi imbre miseri-
cordie celerrime subuenire: ne sprctus a dño redige-
reꝝ in puluerẽ: ⁊ vẽto supbie dissipatus a terra ꝓmis-
sionis redderẽ alienus. Et vt velocius potuisset au-
diri: defecisse dicit in se spiritũ suuꝫ. Qõ per nimias
tribulationes solet ꝓtingẽ his qui passionũ diuersaꝝ
põdere pregrauant: sicut ⁊ in tricesimoseptimo psal-
mo idem penitẽs dicit: Cor meũ ꝓturbatũ est in me: Ps. 37.
⁊ deseruit me fortitudo mea. Sequit: Ne auertas fa
ciẽ tuã a me ⁊ similis ero descẽdentib⁹ in lacũ. Auer
terat prius faciẽ suã deus ꝓpter insolẽtiã peccatoꝝ:
sed nunc petit vt ad ipsum respiciat: qz se cõpunctis
supplicationibus inclinabat. Cõuenit enĩ misericor-
die ipsius vt humiles respiciat: qui supboꝝ corda cõ
temnit. Lacũ vo: inferiorẽ locũ ꝗtelligere debemus
inferni: vbi impy eterna pena mergẽdi sunt. Dis er-
go pares sunt qui diuinã potẽtiã respuerũt: ⁊ vitian-
tes illã imaginẽ in qua creati sunt: forma diabolice
damnationis induti sunt. Bene aũt dictũ est: Descẽ-
dẽtibus: qm̃ ad ima mergunꝝ: qui illuc ꝗtrare mere-
bunꝝ. Petit ergo ne supbis similis fiat: qui peccata
sua humili satisfactione deplorat. [Auditã mihi fac
mane misericordiã tuã: qz in te speraui.] Auditã mi
sericordiã: clementiã dicit dñi toto orbe notissimaꝫ:
qua supplicãtibus ꝑstat: indulget afflictis: ⁊ vt ipse
audiat: qõ in euãgelio dictũ est: Fili dimissa sunt tibi Mar. 2.
peccata. Mane: tẽpus venie designat. Tũc enĩ mẽti
elucescit qm̃ ad eã felici sorte puenerit. Nam post no
ctẽ peccatoꝝ: merito mane dicit: qm̃ culpa laxaꝝ. Si-
ue ad resurrectionẽ ptinet audiẽdã: qm̃ angelus Ma
rie dixit: Ite dicite discipulis eius ⁊ Petro: qm̃ sicut Ibidem. 16.
dixit resurrexit a mortuis. Causa quoqꝫ sequit que
debeat obtinere qm̃ spes in illũ fuit qui nescit ꝓbabi
liter in se decipere ꝓfidentes. Et intuere: quia ⁊ alias
petitiones suas in ꝓsequẽtibus tali ratione ꝓfirmat.
Que figura dicitur ꝕtiologia: id est: cause redditio. SCHE

[Notã

Al. non hs [Notã hac mihi viã in qua ambulẽ: qz ad te ꝗtoñe le-
uaui aĩmã meã.] Cum a deo petit notã sibi fieri vi-
te viã: ostendit qm̃ hec via hominibus habeꝝ icogni
ta. Illius enĩ lucerna hoc iter ostendit: illius lumẽ se
Joan. 1. mitas istas aperit: Qui illuminat omnẽ hominẽ ve-
nientẽ in hunc mundũ: sicut in 31° psalmo iam dictũ
Ps. 31. est penitẽti: Intellectũ tibi dabo: ⁊ instruaꝫ te in via
hac qua ꝗgredieris. Quapropter merito rogat ꝓphe-
ta: vt ei dñs viam salutis ostẽdat: ⁊ sic notã semp ha-
beat: ne de eius corde aliquãdo discedat. Subiungũ
quoqꝫ sollennis illa confessio: qm̃ illud nos postulata
mereri facit: si aĩmã nostrã non carnali grauamine
inclinemus ad mundũ: sed spirituali iuuamine leue
mus semp ad dñs. [Eripe me de inimicis meis dñe:
ad te ꝓfugi.] Hoc Ꝗuis ꝓphetaꝝ ꝓpositum titu-
lum de inimicis carnalibus dicere videaꝝ: tamen ad
demones inimicos debet referri: qui iugiter circun-
dant fideles: vt eis possint spem diuinitatis auferre:
Eph. 6. sicut aplus dicit: Nõ est vobis colluctatio aduersus
carnẽ ⁊ sanguinẽ: sed aduersus principes ⁊ potestates
rectores tenebraꝫ haꝫ. Dicit enĩ: Ad te ꝓfugi: qõ illi
soli faciũt qui eius iussionibus obsequunꝝ. Adã enĩꝫ
postq̃ inobediens fuit: dñm refugit: ⁊ ideo hic ꝓtra-
rio modo religiose mẽtis declaraꝝ indiciũ: qm̃ post
reatũ peccati nõ fugisse dñm: sed ꝓfugisse se dicit ad
dñm. [Doce me facere volũtatem tuam: quia tu es
deus meus.] Nolebat prorsus errare qui tanti magi
stri cupiebat esse discipulus. Dicit enim: Doce me:
tanq̃ ignaꝫ: tanq̃ imperitũ: tanq̃ nihil de sua virtu
1. Cor. 8. te presumentẽ. Quẽ sensum aplus ponit cum dicit: Si
quis se existimat scire aliquid: nondũ cognouit quẽ-
admodũ eũ oporteat scire. Addidit: Quia tu es deus
meus. Ꝗda petitio: competens ratio: a clemente dño
ideo postulare beneficiũ: eo qõ ipse sit dñs supplicã-
tis. [Spiritus tuus bonus deducet me in terram re
ctam.] Intueamur quid sibi velit qõ dicit: Spiritus
Mar. 10. tuus bonus. Designaꝝ enim per hoc nomen: deũ esse
spiritũ sanctũ. Scriptus est enim: Nemo bonus nisi
solus deus. Legiꝝ ⁊ pater bonus: vt est illud: Pater
Joan. 10. bone. Legiꝝ etiam de filio: vt est illud: Ego sum pa-
stor bonus. Sic per istã cõmunionẽ nominũ: sancte
trinitatis equalitas semper virtusqꝫ declaraꝝ. Spi-
ritus aũt bonus deducet nos in terrã rectam: qm̃ cor
pus nostrũ suis regulis subdit: ⁊ fit illis institutioni-
bus indeuiũ: qõ peccatoꝝ fuerat prauitate distortũ.
Sed hoc humana nõ potest virtute cõpleri. Ipse enĩ
nos recreãdo: saluos efficit rectos: qui est ⁊ creare di
gnatus. Siue terrã rectã: significat futuri seculi: vbi
recti ambulabunt: ⁊ cũ dño magna semper exultatio
ne gaudebũt. [Propter nomen tuũ dñe viuificabis
me in egtate tua. Educes de tribulatione aĩaꝫ meã.]
Hic gratia clementissime diuinitatis ostẽdit: que ni
hil nostris meritis reddit: sed totũ idulgẽtie sue lar-
gitate ꝓcedit. Nã viuificanduꝫ se ꝓpheta non dicit
ex proprys factis: sed ex nomine dñi Christi: cui⁹ est
reuera nominis saluare fideliter postulãtes. Sed cũ
gratia cõmendeꝝ: ⁊ equitatis ibidẽ mirabiliter mo-
menta miscenꝝ. Naꝫ q̃uis omnia gratis doner: iusti-
tie ipsius est supplicãtes viuificare: quos spiritus im
mũdos crudeliter cernit impetere. Sequit: Educes
de tribulatione aĩmã meã. Educunꝝ de tribulatio-
ne tanq̃ de carceribus aĩme sancte: quãdo concessa
venia de isto seculo ꝑcipiunꝝ exire. Dic enĩ affligun
tur deuoti: cruciantur iusti: sed defectus istius lucis
sanctis terminus est laboꝝ. Ideo eniꝫ clamat aplus:
Lupio dissolui ⁊ esse cum Christo. [Et in misericor- Phil. 1.
dia tua disperdes inimicos meos. Et perdes omnes
qui tribulant aĩmam meam: quoniam seruus tuus
ego sum.] Completa est illius letitie plenitudo mira
bilis. In misericordia enim disperdunꝝ inimici: qm̃
compunctionis studio ab sceleratis cogitationibus
abstrabunꝝ. Qõ ad illos ꝑtinere nõ dubium est: qui
penas debitas remedio supplicationis euadũt. Addi
dit: Et perdes omnes qui tribulant aĩmã meã: qm̃
seruus tuus ego sum. Dic iam tẽpore iudicij per iusti
tiam ꝓdendos dicit esse diabolũ ⁊ oẽs impios qui in
sua obstinatione moriũtur. Quos ideo dicit tribulas-
se aĩmã suam: qz ipse in dei seruitio ꝑmanebat: ⁊ ne
cesse est istos in iudicio perire: qui tales aĩmos ꝓbã
tur assumẽ: vt inocẽtes viros ideo psequanꝝ: qz dei
famulos esse cognoscũt. Ecce regula illa penitentis
impleta est: vt post afflictiones erumnasq̃ cruciabi-
les exultatione conclusa sit. Conclusio.

Finita est quidẽ afflictio supplicantiũ: ⁊ feliciũ
cursus ille lachrymaꝫ. Sed diligentius
pscrutandũ est: qd sibi velit penitẽtiũ istoꝝ septima
deprecatio. Inchoauit enĩ a psalmo sexto: venit ad tri
cesimũ primũ: deinde ad tricesimũ septimũ: inde ad
quinquagesimũ: inde ad cẽtesimũ primũ: deinde ad
centesimũ uicesimũ nonũ: ad prostremũ ad ꝑsentem
centesimũ quadragesimũ secunduꝫ. Forte vt sicut in
hac hebdomada peccamus: quã mũdi istius tẽporis
ductus excurrit: ita ⁊ in eodẽ numero remedialis pe
nitẽtie munere saluaremur. Illud aũt: sicut sepe mo
nuimus: magnopere ꝓtuendum est: qz psalmi ipsi ab
afflictionibus inchoant: ⁊ in gaudys desinunt: ne qs
de venia desperaret: quã in ipsis ꝑcibus positam esse
cognoscerer. Oratores sanctissimi: celestes patroni:
qui peccatoꝝ nexibus iplicatis salutis iter aperiũt.
Sed cũ isti singillatim delicta nr̃a nos deflere cõmo
neãt: ⁊ ad spem gaudioꝝ dñi ꝓmissione ꝑducant: ex
tat tñ ⁊ illud niniuitaꝝ efficacissimũ supplicationis
exẽplũ: vbi cuncta etas ingemuit: vbi sensit pecus oẽ
teiuniũ: ⁊ tãtũ valuit afflictio generalis: vt veritateꝫ
potuisset ꝓphetici superare sermonis. Facti sunt enĩ
de formidantibus securi: de tristibus leti: ⁊ vite sunt
redditi: qui ꝑbabantur morte damnati. Quapropter
desideremus penitentiã humani generis salutare re
mediũ: flẽtiũ ꝓsolationẽ: semen feliciũ gaudioꝝ: que
⁊ singulis gbusq̃ spem certissimã tribuit: ⁊ superne
gratie donũ supplicantibus in commune concedit.

Explicit expositio in psalmum. 142m.

¶ Dauid ad Goliam. CXLIII.

Benedictus dñs de⁹ meus qui
docet manus meas ad prelũ:
⁊ digitos meos ad bellũ. Mi-
sericordia mea ⁊ refugiũ meũ:
susceptor meus ⁊ liberator me
us. Protector meus ⁊ in ipso
speraui: qui subdit populuꝫ meum sub me.
Dñe quid est homo qz innotuisti ei: aut fili
us hominis qz reputas eum? Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra
pretereunt. Dñe inclina celos tuos ⁊ descẽ-
de: tange mõtes ⁊ fumigabũt. Fulgura co-
ruscationẽ ⁊ dissipabis eos: emitte sagittas

tuas ⁊ ꝓturbabis eos. Emitte manũ tuam de alto eripe me ⁊ libera me de aquis multis: ⁊ de manu filiorꝫ alienorꝫ. Quorꝫ os locutũ est vanitatẽ: ⁊ dextera eorꝫ dextera iniquitatis. Deus cãticũ nouũ cantabo tibi: in psalterio decachordo psallaꝫ tibi. Qui das salutẽ regibus: qui redemisti dauid seruum tuum: de gladio maligno eripe me. Et erue me de manu filiorꝫ alienorꝫ quorꝫ os locutũ est vanitatẽ: ⁊ dextera eorꝫ dextera iniqtatis. Quorꝫ filij sicut nouelle plãtationes: in iuuentute sua. Filie eorꝫ cõpositę: circũdornate vt similitudo tẽpli. Promptuaria eorꝫ plena: eructãtia ex hoc in illud. Oues eorꝫ fetõ se abũdantes in gressibus suis: boues eorꝫ crasse. Nõ est ruina macerie: neqꝫ trãsitus neqꝫ clamor in plateis eorꝫ. Beatum dixerunt populꝫ cui hec sunt: beatus populus cuius dominus deus eius.

CUm hystoria ꝓsentis tituli: primis ꝑphete tẽporibus: id est: ante regnũ eius fuerit peracta: tamẽ pro magnitudine sacramẽti sui: locis emeritis vocat ad meditũ: vt totũ in psalmis mystice ⁊ dictũ ⁊ positũ esse cognosceres: qõ expressius in ꝓclusione dicimus. Illud tamẽ meminisse nos oportet: bellũ istud Dauiticũ: ad designandũ certamẽ dñi Ihesu Christi fuisse ꝓmissum: vt sicut iste Goliã saxei teli dimicatione prostrauit: ita per petrã qõ est dñs Ihesus Christus fortitudo diabolica vinceretur. Unde ⁊ in hoc psalmo similitudines iste seruate sunt. Non enim hic sola victoria illa describit: que Regũ volumine ꝓtinet: aut pro ipsa trũgratie referunt: sed multa sunt itaqꝫ que certamini ꝓueniãt dñi Ihesu Christi: qõ suis locis cõgruenter exponimus. Quapropter sciamus hũc psalmũ quartus esse eorꝫ: qui per actus Dauid significãt dñi futura mysteria: vt euãgelici calculi honore sacrati per totũ mundũ reuerendi atqꝫ mirabiles redderent.

Diuisio.

POst interfectionẽ Golie: quã mystica diximus operatione cõpletã: In prima parte ꝑphetia dño gratias agit: peracti belli discrimine se fuisse liberatũ: deprecãs vt cito dñi declaretur aduẽtus: per quẽ diabolus victus est: ⁊ quasi spiritualis belli: qõ Golias figuraliter gessit: est secuta pfectio. Tunc enim fideles sunt a magno discrimine liberati. Secunda: in nouo ⁊ vetere testamẽto ꝑphetia dño se psallere cõpromittit: liberatus a pessimis inimicis: qui beatitudinem suam in seculi istius felicitate posuerunt. Beatos autem illos tm̃ definiens: quorum est dominus deus eorum.

Expositio.

BEnedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prelium: ⁊ digitos meos ad bellum. Uictor hostis seuissimi: ⁊ superator imanũ vitiorꝫ: post triũphum patratũ: qm̃ maxime insolens peccat humanitas: nulla se ꝓprie ꝓsumptionis elatione iactauit: sed dñi virtutibus totũ applicans: laudes eiꝰ deuota exultatione ꝓcelebrat. Nã que sit causa benedictionis: adiecit: Qui docet manus meas ad prelium. Docuit manus eius ad preliũ: quãdo sic opportune omnia fecit vt desiderate victorie ꝓsequerẽt effectꝰ. Non enim exercitio armorꝫ: aut aliqua prelusione cõstat imbutũ: sed hosti suo subito apparuit egregius: qui etiã in domo patris sui prudẽ videbat esse despectus. Sequit: Et digitos meos ad bellum. Sicut superius manus operationẽ: ita ⁊ hic digitos salutaria ꝓsilia possumus fortassis aduertere: que de corde nostro velut quidã radij ꝓsiliunt: dum aliqua subtilitate causas necessarias obtinere ꝓtendunt. Est enim istud nomen multarꝫ significationũ: sed pro locorꝫ diuersitate accipiendũ esse cognoscit: vt est illud Salomonis: Qui appendit tribus digitis molẽ terre: qõ ad sanctã trinitatẽ nõnulli estimant esse referendũ. Et in Exodo: Hic digitus dei est: quẽ spiritũ sanctũ patres intelligere voluerũt. Item ibi: Accepit autem Moyses duas tabulas scriptas digito dei: ⁊ cetera que in hunc modũ reperies esse variata. Siue idem significat: Digitos meos ad bellũ: qõ: Manus meas ad prelium. Que figura dicit Epimone: latine repetitio crebra sentẽtie. Quod ⁊ nos quoqꝫ bene dicimꝰ: cũ hostis antiquus crucis signo destruit: a petre soliditate quassat. ¶ Misericordia mea ⁊ refugũ meũ: suscepto meus ⁊ liberator meus. Protector meus ⁊ in ipso ſsperabo: subiciens populos sub me. ¶ Nomina ista de beneficijs collatis sine dubitatione venerunt: vt qꝫ multiplices causas in vno psalmo retexere, plixum fuit: breuitatis cõpendio pderent. Que figura dicit Hypocephrix: quãdo diuersa verba causis singulis apta reddunt. Misericordiam quippe cum ipso fecit dñs: quãdo eũ de fratribus suis vltimũ per Samuelẽ ꝑphetã ad regale culmen elegit. Refugium: quãdo ꝓtra tam imanissimũ hostẽ ꝓsiliũ dedit: vt eum petra deyceret: cũ quo nõ poterat armorꝫ pondere dimicare. Susceptor fuit: quãdo eũ fecit in Sienerꝫ a Saule suscipi: vt suo dño iungeret: qui prius fuerat seruietiũ ꝓditione subiectus. Liberator fuit: dum eus a periculo regie indignationis eripuit. Protector: quãdo in spelũca latens: in Saulẽ regem iusvltionis accepit. Unde singulis nominibus decẽter expressum est: qõ ei fuerat dñi largitate ꝓcessum. Et vide quid sequit: Et in ipso sperabo. Post tãta beneficia vir sanctus sciuit a tali spe nõ esse cessandũ: sed quanto plus ab eo acceperat: tãto magis amplius expetebat. Addidit: Subyciẽs populos sub me. Siue hoc de futuro dicit: qꝫ populis imperaturus erat: siue magis populos sibi memorat esse subdẽdos: quos in spiritu videbat semini suo: id est: Ihesu dño subiugãdos: sicut in secũdo psalmo ait: Postula a me ⁊ dabo tibi gentes hereditatẽ tuaꝫ. ¶ Quod innotuisti ei: aut filius hominis ſquoniaꝫ reputas eum: ¶ Audiamus regẽ plus suis motibus imperantẽ: vt post tot insignia virtutuꝫ tanta gratia domini ꝓrectus: non solũ se fateat exiguum: sed etiam humanũ genus diuinis beneficijs per se demõstret indignũ. Annullat enim cũ dicit: Quid est homo: qm̃ puluis qui vento flante transferr̃: quasi limus in terrã liquidam resolutus: qui habere nõ potest firmitatẽ. Quapropter: Quid est homo: sub interrogatione ⁊ despectu ꝓnuntiandum est. Huic infertur laudatiua responsio: Quod innotuisti ei. Quale est enim vt ille celi terreqꝫ fabricator per assumpti corporis veritatem: vsqꝫ ad hominum dignatus fuerit venire notitiam: ⁊ rectis fidei innotuerit inestimabile deitatis arcanum? Que figura dicitur Erotesis: id est: opposita a contrario interrogatio. Simili modo interrogandum est: aut filius hominis: ⁊ respondeat: Quoniam reputas eum: vtiqꝫ in ouibus tuis: in numero predestinatorum: in illa hierusalem beata: vbi semper iusti de domini contemplatione gaudebunt. ¶ Homo vanitati similis factus est: dies eiꝰ sicut vmbra pretereunt. ¶ Exponit definitiue quod superius breuiter dixit: Quid est homo: id est: vanitati similis factus non plasmatus. Adam enim quando creatus est: verax: simplex: purꝰ: ĩmortalis fuit: sed postq̃ femina suggerente peccauit: factus est vanitati similis: quoniam ⁊ mutabilis ⁊ mortalis effectus est. Uanum enim illud dicimus: quod de sua substantia cadens in auras tenues euanescit: vt fumus: vt vmbra. Cuius rei ipse cõparationem dedit dicens: Dies eius sicut vmbra pretereunt. Merito quando vmbra videtur quidem: sed firmitatẽ non habet permanendi. Nam discedente corpore per quod fit: ipsa quoqꝫ euanescit ac disperit. Talis ergo est post peccatum ade hominum vita: nisi beneficio domini fuerit confessione reparata. ¶ Domine inclina celos tuos ⁊ descende: tange montes ⁊ fumigabunt. ¶ Erupit in apertam prophetiam de domino Ihesu Christo: illam sententiã paulo latius aperiens quam superius breuiter dixit: id est: Quod innotuisti ei. Tunc vtiqꝫ aspectu innotuit homini: quando in humilitate sancte incarnationis apparuit: quia cum in forma dei maneret: esset etqꝫ deo patri coeternus atqꝫ equalis: exinaniuit seipsum formam serui accipiens. Unde merito dicitur: Inclina celos ⁊ descende: quoniam ista fieri nisi inclinata diuina potestate non poterant. Inclinatio enim celorum fuit: quando ad hominem liberandũ bonorꝫ superborum virtusqꝫ descendit. Montes hic: supbos homines debemus accipere: ⁊ diabolica iniquitate pretumidos: quos dominus tetigit: quando eis compunctionem pie conuersionis attribuit. Fumigauerunt autem: quando crebris suspirys continuisqꝫ gemitibus: sua peccata plorauerunt. Crassus enim fumus ore vomitur: cum se in planctum vitalem mortalis corporis compago cõmouerit. ¶ Coruſca coruscationes tuas ⁊ dissipabis eos: emitte sagittas tuas ⁊ conturbabis eos. ¶ Ecce iam Ihesu Christi dicitur belluꝫ ⁊ quemadmodum diabolica turba fuerit superata narratur. Sed q̃uis coruscationibus ⁊ sagittis dicat esse pugnatũ: petra tamen hoc fecit qui est dominus Ihesus. Uenit a contrario in frontem diaboli: quoniam semper mandatis eius aduersus est. Confracta est frons illa durissima: inuerecũda: importuna: que ante aduentum domini veritati resistebat inuicta. Hoc reuera Ihesu Christi dicendum est bellum: quia illud Dauid figuratiuum fuit prelium: imaginem portãs istius veritatis implete. Dicit enim: Coruſca coruscationes tuas ⁊ dissipabis eos. Quod argumentum dicitur a coniugatis. Coruscauit enim coruscationes suas: quando tenebrosis peccatoribus: prophetarꝫ predicationibus lumen sue veritatis infudit. Dissipauit autẽ: disperſit significat: vt qui ante fuerant idolorꝫ culturis dediti: subinde ad ecclesie catholice septa confugerent. Sequitur: Emitte sagittas tuas ⁊ conturbabis eos. Sagittas: apostolos significat: qui veritate predicationum tanq̃ iacula pennata: hominum pectora transfoderunt: sanitatem mentius sacris vulneribus operantes. Eos autem: ad montes referẽdũ est: quos in versu superiore memorauit. ¶ Emitte manum tuaꝫ de alto: eripe me ⁊ libera me de aquis multis: ſde manu filiorꝫ alienorꝫ. ¶ Hic ad patres verba conuertit. Manum: dicit dominum saluatorẽ. Ipse enim manus est patris: per quem facta constat vniuersa. Quem venire deprecatur: vt liberari possit genus humanum. De alto: de potestatis excelso: vbi cũ patre regnat parilitate virtutis ⁊ vnitate substantie. Petit ergo de multitudine aquarum prophetia liberari: id est: a populis vndosis: ⁊ velut procella seuissima concitatis. Aquas enim: populos significare notissimum est: sicut Ysaias dicit: Propter hoc ecce dominus inducet super vos aquaꝫ fluuij validã ⁊ multam regem assyriorum. Sed a quo populo se petiuerit liberari: subiecit dicens: De manu filiorum alienorum: id est: de potestate eorum qui fidelibus parcere nesciunt: quoniam aduerso patre nascũtur. Sed q̃uis hoc hystorice de allophilis dicere videatur: tamen melius intelligitur de his qui diabolo patre generantur. De quibus in euangelio dictum est: Uos a patre diabolo estis. Ipsi sunt enim filij alieni: qui ab ecclesia matre catholicorꝫ habentur extranei. ¶ Quorum os locutum est vanitatem: ⁊ dextera eorum dextera iniquitatis. ¶ De ipsis adhuc populis dicit: a quibus se petyt debere liberari: vt quanto illi sunt crudeles ⁊ pessimi: tanto iste celerius audiatur. Os eorꝫ vana loquitur: quoniam a diuinis regulis discrepare presumunt. Uanuꝫ est enim omne quod veritati cõtrarium est. Et q̃uis dextera frequentissime ponat̃ in bonis: impiorum tamen sic iniquam dicit: vt potius sinistra esse videatur. Nam cum mundanas res ꝓcipuas atqꝫ appetibiles putant: ꝓspera estimant que cunqꝫ virtuti contraria sunt. ¶ Deus canticum nouũ cantabo tibi: in psalterio ſdecem chordarum psallaꝫ tibi. ¶ Uenit ad ordinem secundum: in quo se post liberationem spiritualium nequitiarum ⁊ immaniuꝫ populorꝫ: per nouum canticum prophetia gratias agere domino pollicetur: vbi est noui hominis institutio: ⁊ legis veteris plenitudo. Nouum vo canticum est: de quo in alio psalmo dictum est: Cantate domino cãticum nouum. Et vt ipsaꝫ ostenderet nouitatẽ: subiecit: Cantate domino omnis terra. Nouum enim merito dicitur: quia dum non sit a iudeis receptus: quibus promissus fuerat vt veniret: transiuit ad gentes. Nouum est etiam: quod nos corpore ⁊ sanguine suo saginare dignatur. Nouum: quod per aquam regenerationis absoluit: ⁊ his similia: que per aduentum domini noua institutione patuerũt. Sequitur: In psalterio decem chordarum psallam tibi. Psalteriuꝫ decem chordaruꝫ: est decalogus: qui datus est tribubus hebreorꝫ. Et vt ambo testamenta vnũ habere manifestaret auctorẽ: in vtriqꝫ se Ihesu Christo domino psallere cõpromisit. ¶ Qui das salutẽ regibus: qui ſliberas Dauid seruum tuum de gladio maligno. ¶ Reges: homines iustos significat ⁊ veraces: qui regũt: vt diximus: adiutorio domini corpora sua. Istis ergo regibus dominus dat salutem: cum eos a vitijs carnalibus liberos facit: de quibus in sapientia dicit: Dat regnum regibus. Liberas Dauid: ad pugnam respicit Golie: vt qui liberatus fuerat corporaliter: spiritualiter victor esset immanium quoqꝫ vitiorum. De gladio maligno: diaboli significat potestatẽ. Quia ⁊ domini gladius legitur. Sed illud benignum esse non dubium est: sicut dicit in euangelio: Non veni pacem mittere in terraꝫ sed gladiũ. Quapropter malignus

Ps. 2.
Exo. 8.
Ibidem. 31.
SCHE
Alt. sperauit qui subdit ppłm meũ
Phil. 2.
Alt. Fulgura coruscationẽ
Alt. quia
Alt. quia
Alt. et
Isa. 8.
Joan. 8.
Alt. decachordo
Ps. 97.
Alt. redemisti
Matth. 10.
TOP
DOG
SCHE

est gladius diaboli:quia diuidit a bonis. Benignus
est autez gladius domini:quoniam separat a malis.
Alt.eruc [Eripe me.Et ¶libera me ¶de aquis multis:⁊ de ma
Alt.nō habet nu filiorum alienorum.Quorum os locutum est va
nitatem:⁊ dextera eoꝝ dextera iniquitatis.] Dunc
versum ⁊ in prima parte iam dixit.Quem ideo repe
tit:vt detestabiliores iniquos homines reddat ipsa
geminatio.[Quorum filij sicut nouelle plantatio
Alt.nō habet nes:¶stabilite ꝥa iuuentute sua.] Primis versibus de
Alt.in malis disputans impiorum eos detestabiles reddit:
nunc etiam bona ipsorum que videntur accusat: vt
vbiqz dedecus habeant: cum ⁊ ipsa gloria ipsorum
abominata respuitur. Filios eorum dicit: qui praui
dogmatis predicatione generãtur.Isti nouellis plan
tationibus exequantur:quia nulla a patribus tradi
ta predicatione viguerunt:sed exquisitis nouellis er
roribus pullularunt:male stabiliti pessima radice de
figuntur. Non enim de prophetis: non de apostolis:
non de aliqua diuina auctoritate firmati sũt:sed vo
luntaria peruersitate nouitatis:a sancte ecclesie vni
tate discreti sunt.Et intuendum est quod in centesi
mouicesimoseptimo psalmo dederit fidelibus banc
similitudinem.Sed ibi filios sanctorum circa men
sam dicit domini constitutos:Dic vo quia communi
cationem non habent rectam:altare eis sacratissimũ
submouetur.[Filie eorũ composite:circumornate:
vt similitudo templi.] Consideremus ꝯ subtiliter ⁊
frequenter a catholicis segregauit hereticos. In pri
ma comparatione altare eis abstulit:nunc in secũda
filias introducit:quas in memorato psalmo catholi
ce non dedit ecclesie. Primum: quod sexus iste fre
quenter varys ac fluxis cogitationibus datur: quia
constantie non habet vires:cum frequenter in diuer
sa vota traducitur.Deinde dicit eas non naturaliter
pulchras:sed hominum voluntate compositas.Ter
tio:cogitationes vel predicationes eorũ quas femi
nis comparauerat:non dicit habere veram ecclesiaz:
sed similitudinem templi. Similitudo quippe non
habet veritatem:sed alicuius subsistentis rei portat
imaginem.[Promptuaria eorum plena:eructantia
ex hoc in illud.] Promptuaria que cellaria vulgus
appellat:hereticorum corda significant:vbi diuersa
rum rerum species epuleqz reposite sunt. Ista quan
tum copiose farcita sunt:tñ diuersas eructuationes
pessime exaltationis emittunt. Quos si auctoritate
conuincas:ad interpretationum nequitias transferũ
tur.Cum inde quoqz fuerint domino iuuante supe
rati:ad sophistarum se versutias calumniasqz puer
tunt:vagi:instabiles:quia radicem nequeunt habere
veritatis. Sic merito asperis odoribus comparata
sunt:que simpliciuz corda fetido sermone decipiũt.
Alt.gressib⁹ [Oues eorum fetose abundantes in egressibus su
is.] Hoc magis ad litteram congruenter accipimus:
quia propositum prophete est tales ostendere cadu
ca tñ ⁊ temporalia possidere. Di fetosum videntur
habere peculium:dum ipsi fide steriles esse docean
ETY tur.Abundans quippe dictus est:ab vnda: quasi re
dundans.Ipsa quoqz pecora:que habere cernuntur:
non dixit eos in ingressibus:sed in egressibus posside
re:quia totum ab eis egreditur: quando ipsi quoqz
perituri esse monstrantur.[Boues eorũ crasse. Nõ
est ruina macerie:neqz transitus:neqz clamor in pla
teis eorum.] Dic affluens facultas ostenditur: quo
rum boues non assiduo labore macri: sed delitiosa
ociositate pinguissimi sunt: sed ipsi veritate tenues
atqz ieiuni esse monstrantur.Sequitur:Non est rui
na macerie. Adhuc felicitas describitur impiorum:
que tamen in rebus transitorys esse conuincit.Ma
ceries:est paries ex sola compositione saxorum: qui DEF
aut vineas claudit: aut hortorum culta communit.
Quapropter eorum commemoratur tanta prosperi
tas:vt nec ipsa ruant:que in aliquam vtilitatem vi
dentur erecta.Subycitur: Neqz transitus:neqz cla
mor in plateis eorum. Hoc quoqz vult ad seculi isti
us felicia pertinere:vt quando se patresfamilias cu
piunt reficere per quietem:non fit transitus per do
mos eorum:aut clamor oriatur turbidus in plateis:
ne somnus eorũ improuna loquacitate rumpatur:
sed silentium fit cum volunt quiescere:occursus cuz
se amicos salutare precipiunt.Que figura dicit Cli SCHE
max:quando dictio gradatim ad superiora conscen
dit.[Beatum dixerunt populuz cui hec sunt:beatus
populus cuius est dominus deus eius.] Dic versus
duas quidem sed diuersas probatur continere senté
tias.Una est eorum qui sibi videntur felices.Altera
vo beatorum.Ait enim:Beatum dixerunt populum
cui hec sunt:scilicet superiora que dicta sunt. Sic iu
dicant qui veritatis discipuli non fuerunt. Mundi
diuitias preferunt ⁊ celestia regna contemnunt:bea
titudinez putantes:aut oues fetosas aspicere:aut bo
ues crassissimos possidere.Audite male persuasi:au
dite dementes: in sinistra poni que putatis esse ma
gnifica.Sic enim de sapientia legit:In dextera eius Prouerb.
anni vite:in sinistra eius diuitie ⁊ gloria. Audiamus
nunc quid dicatur de turba fidelium.Beatus popu
lus cuius est dominus deus eius. Post illam irrisio
nem que de sceleratis facta est: venit ad penetralia
sapientie:hoc est: ad vocem ipsam sanctissime veri
tatis.Definit enim veraciter qui sit beatus populus:
scilicet:Cuius est dominus deus eius.Dicendo: Cu
ius est dominus:sanctos viros significat: ⁊ probabi
li se conuersatione tractantes. Illorum enim domi
nus non dicitur: qui eius nequaqꝯ predicationibus
acquiescunt. Ipsi enim dominum habent Christum:
qui ⁊ eius serui specialiter nuncupantur. Addidit
quoqz:Deus eius:id est:quibus propitius esse digna
tur.Sepe enim sic legimus a fidelibus dictum: De
us meus ⁊ dominus meus. Nam si nos serui eius in
tegre dicimur: ille dominus noster veraciter nuncu
patur. Sic paucis verbis beati populi definitio ple
nissima veritate completa est. Conclusio.

Triumphalis quidez psalmus auditus est:
sed videamus quo pertine
at ista victoria:que specialiter ad similitudinem ec
clesie constat esse perfecta. Nam ls per istum sanctũ
virum multa dominus religionis sue sacramenta
monstrauerit:hoc tamen euidenter ad pugnas eccle
sie declarandas:quas spiritualiter patitur probatur
effectum: vt pastorali petra superbus caderet: cum
se virium suarum presumptione iactaret. Quapro
pter exemplar istud totius fidei grauidum huiusmo
di debemus accipere.Solias ad diabolum pertineat
cum ministris. Dauid: ad vniuersum respiciat po
pulum christianum:qui inimicum suum terribilem
petre noscitur soliditate superasse.Illud quoqz ma
gnopere contuendum est: quod post tot psalmorum
longissimam seriem:hic mundanarum rerum quasi
quidam terminus videtur appositus. Neqz enim
post

post hunc aliquid aut de ecclesie persecutoribus:aut
de amaritudine seculi:aut de passionibus martyruz:
aut de tribulatione penitentium:aut de lamentatio
ne fidelium:aut de antichristi abominanda elatione
narratur:Sed reliqui septem in magnum mysteriũ
diuinis preconys aptati:celesti letitia videntur esse
plenissimi. Nũc ad laudes domini repulsis nubibus
peccatorum:serenis mentibus accedamus.

Explicit expositio in psalmum.143ᵐ.

¶Laudatio ipsi dauid. CXLIIII.

Exaltabo te deus meus rex: ⁊
benedicam nomini tuo in secu
lum ⁊ in seculum seculi. Magnus do
minus ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitudinis
eius nõ est finis. Generatio ⁊ generatio lau
dabit opera tua: ⁊ potentiam tuam pro
nuntiabunt. Magnificentiam glorie sancti
tatis tue loquentur: ⁊ mirabilia tua narra
bunt. Et virtutem terribilium tuorum di
cent: ⁊ magnitudinem tuã narrabunt. Me
moriam abundantie suauitatis tue eructa
bunt: ⁊ iustitia tua exultabunt. Miserator
⁊ misericors dominus:patiens ⁊ multum
misericors. Suauis dominus vniuersis: ⁊
miserationes eius super omnia opera eius.
Cõfiteantur tibi domine omnia opera tua:
⁊ sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni
tui dicent: ⁊ potentiam tuaz loquentur. Ut
notam faciant filijs hominum potentiam
tuaz: ⁊ gloriam magnificentie regni tui. Re
gnum tuum regnum omnium seculorum:
⁊ dominatio tua in omni generatione ⁊ ge
neratione. Fidelis dominus in omnib⁹ ver
bis suis: ⁊ sanctus in omnibus operibus su
is. Allevat dominus omnes qui corruũt: ⁊
erigit omnes elisos. Oculi omniuz in te spe
rant domine: ⁊ tu das escam illorum in tem
pore opportuno. Aperis tu manum tuam:
⁊ imples omne animal benedictione. Iu
stus dominus in omnibus vijs suis: ⁊ san
ctus in omnibus operibus suis. Prope est
dominus omnibus inuocantibus eum: oi
bus inuocantibus eum in veritate. Volun
tatem timentium se faciet: ⁊ deprecationez
eorum exaudiet ⁊ saluos faciet eos. Custo
dit dominus omnes diligentes se: ⁊ omnes
peccatores disperdet. Laudationem domi
ni loquetur os meum: ⁊ benedicat omnis
caro nomini sancto eius:in seculum ⁊ in se
culum seculi.

Quid christum dominum significare: ⁊
nominis ipsius iterpretatione docuim⁹:
⁊ per descensum carnis ex parente sic ap
pellatum esse monstratum est. Sed duz
hoc nobis cõstare videatur:illud magis
diligenter arbitror perscrutandum: cur hic titulus
singulariter contineat: Laudatio ipsi dauid: cum in
omnibus psalmis eius gloria predicet. Sed hic ideo
distinctior clariorqz posita est:quia completis omni
bus quibus humana ignorantia fuerat instruenda:
nũc ad sola precipitur domini vacare preconia: que
laudes quadam distinctione suisqz virtutibus in his
septem psalmis sequentibus mirabiliter explicant.
Quorum proprietas in suis conclusionibus:sicut fa
ctum est: ⁊ in precedentibus aperitur. Nec vacat qõ
hic septẽnario numero laudes domini concludunt:
quod penitentium confessio tali calculo prenotatur:
qõ ipse spiritus sanctus septẽnaria virtute predica
tus est:illud forsitan indicans sacramentum: quãdo
Moysi dominus precepit:vt in tabernaculo suo se
ptem lucernas apponeret perpetuo lumine lucẽtes.
Sed cum nihil in scripturis diuinis probetur ocio
sum:maxime hebrei alphabeti ordinem ⁊ hic non in
cassum arbitror per versuum capita custoditum:quẽ
in duobus generibus hominum in vicesimoquarto
psalmo diximus accipiendum. Nam cum totis litte
ris explicatur:iustos designat:qbus nulla virtus per
gratiam domini deesse monstratur. Cum vo non to
tis characteribus annotatur:illos videtur ostendere
qui in ecclesia quidez sunt domini:sed non adeo cun
ctis bonis operibus probantur esse perfecti. De hac
enim mixtura legitur:Oues ⁊ boues vniuersas:insu Pse.8.
per ⁊ pecora campi. Sic isti alphabeto lfa tñ vna
subtrahitur:vt nõ illos summos indicare videatur.
Nam ⁊ dominus in euangelio dixit homini: qui se
probabili conuersatione tractabat:Unum tibi deest Marcio.
sed si vis esse perfectus:vende omnia tua ⁊ sequere
me.Sed cum omnes hoc non faciant:a perfecto ali
quid minus habere noscuntur. Quapropter gratias
agentes domino:iugiter supplicemus:qui tale nobis
hic mysterium sue pietatis ostendit:vt ⁊ nos qui ma
xima sumus meritorum parte curati:similia postula
re presumamus:quatenus ad laudes eius eternas in
dulgẽtie ipsius munere peruenire mereamur. Siue
magis qõ postea reperi: Inperfecti alphabetodes in
dicant ecclesiam:que hic adhuc agitur: ⁊ necdum est
iniquorum sequestratione purgata. Plenary vo: fu
turam significant hierusalem:vbi iam perfectorum
cetus sanctorum electione cõplebitur. Quod etiam
ipsi psalmi qui hebreis litteris prenotantur:si diligẽ
ter inspicias indicare noscuntur. Diuisio.

Laudatio christi:que a beato pphete pro
posita est:alphabeti hebrei ordine decur
rens: tribus narrationibus explicatur.
Prima:est laudis eius infinita promis
sio:cõtinens predicti alphabeti litteras
tres.Scõa:dicit laudẽ dñi nouẽ modis esse pagẽdã:
habẽs lfas q̃tuor.Tertia:pte:que in secũda de preco
nio chri breuiter ppositum:paulo latius atqz euidẽter
explanat:in fine cõmonẽs ab omni carne dñm debe
re laudari:que pars retinet lfas q̃tuordeciz. Illud tñ
pre oibus debemus intendere:qz sic dictũ est: vnde
dñs laudari possit:vt tñ partes ipse inexplicabiles eẽ
videantur. Uerbi gratia: dicitur laudandus esse in

operibus suis:sed quis eius possit operas vt dignum
est explicare? Dicitur de potentia:sed quis eius potē
tiaz enarrare preualeat? Una ergo veritas est:sic per
partes laudem dici domino:vt tamen non credas eā
sufficienter posse compleri. Expositio.

Aleph Al. noi tuo in seculum

EXaltabo te deus rex meus: ⁊ benedicaz
†nomen tuum in seculo:⁊ in seculum se
culi.] Beatus ꝓpheta spiritu diuino cō
pletus:erupit in vocez:nō humana sapiē
tia presumens:sed superna cōtemplatio
ne illuminatus. Neqz eniz locale aliquid aut specia
le dicit:sed vnde mundi imbecillitas cuncta saluet.
Exaltabo te:dictum est:notuz te faciam predicando
qō es. Nam quemadmodum putetur aliqua laude
deus altior fieri:cum diuina perfectio nō possit auge
ri? Rex meus:professio fidei est:qm̄ ab ipso se dice
bat regi:cui se nouerat pura mente famulari. Bene
dicere nomē eius est in seculo:hic illi per psalmodie
gratiam supplicare:qō qui dignus est facere:⁊ in illa
eum merebitur eternitate laudare. Sic enim sequi
tur: Et in seculum seculi: vbi iam nullus est finis:sed
qō feliciter incipitur:perpetua iocunditate seruatur.

Beth Al. nbi Al. seculum

[Per singulos dies benedicam †te:⁊ laudabo nomē
tuum in †seculo:⁊ in seculum seculi.] Superius di
xit: Exaltabo te deus. Et ne forsitan humana negli
gentia semel crederet esse faciendum:necessarie cō
monitum est: Per singulos dies: vbi reuera mutua
sibi alteratione succedunt. Sed qui hic per istos sin
gulos dies benedicit dominuz:ibi in illo eterno vno
die qui venturus est:cū beatis continua exultatione
laudabit. Ad reliqua vō verba hui⁹ versus: qm̄ sunt

Gimel

similia: superior expositio dicta sufficiat.] Magnus
dominus ⁊ laudabilis nimis:⁊ magnitudinis ei⁹ nō
est finis.] Miranda complexio:vera predicatio: sic
laudare dominuz:vt quantū est magnus nō estimes
explicandum. Sensus enim totius creature deficit:
⁊ adhuc illa retractatio semper excrescit. Nam sicut
nullo loco clauditur:ita nec eloquentia q̄uis amplis
sima eius possunt preconia terminari: Uirtus inex
plicabilis:pietas incōprehensibilis:sapientia ineffa
bilis:cuius vera definitio est:finem in sanctis laudi
bus nō habere. Et nota qz dum dicitur:magnitudi
nis eius finem nō esse:nunq̄ te precipit ab eius pre
dicatione cessare. Nam ⁊ taciti gratias agimus:cum
nos ꝓbabili conuersatione tractamus. Qui cum nul
lis possit laudibus comprehendi:singulis tamen ser
monibus indicatur:cum dicitur: Magnus nimis. Et
iterum: Magnitudinis eius nō est finis:qui defini
tionis quintus est modus. Hic grece dicitur Lata an
tilexin:latine ad verbū:quando singulis vocabulis
rem quam scire querimus intimamus.

SCHE

Deleth

[Generatio
⁊ generatio laudabunt opera tua:⁊ potentiam tuam
pronuntiabunt. Magnificentiam †maiestatis tue:⁊
sanctitatem tuam loquentur:⁊ mirabilia tua narra
bunt. Et virtutem terribilium tuorum dicent:⁊ ma
gnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundā
tie suauitatis tue †eructuabunt:⁊ iustitiam tuaz exal
tabunt.] Uenit ad secūdā narrationē: vbi species do
minice laudis sacrato calculo prenotatur. Sed q̄uis
ista repetitio generationū:infinitum tempus osten
dere videat:qz domini opera semper cōstat esse lau
danda:tamen generatio ⁊ generatio ad duos magis
debent populos applicari: Una ad hebreorum: que
per signuz circuncisionis electa est: Altera que venit

He Al. glorie sā ctitatis tue

Vau

Zai Al. eructa bunt

ex gentibus. Ipse sunt eniz que domini beneficia su
sceperunt. Et merito dicuntur preconia ipsius cane
re:que ad eius deuotionis probantur munera perue
nisse. Sed qm̄ hec nouem:id est:opera:potentia:ma
gnificentia:sanctitas:mirabilia:virtus:terribiliozuz
magnitudo:memoria:iustitia:in modum propositio
nis hic dicta sunt: vt eisdem lineis cōsequenter debe
at laus dominica decantari:conuenit vt ibi de ipsis
euidentius dicere debeamus:vbi ⁊ auctoritas iudi
cauit latius exponenda:que nos istis nominibus for
sitan possumus appellare cataractas diuini eloquij:
fontes verboruz celestium:vbera beata preconij:vñ
⁊ humanum genus pia confessione reficitur:⁊ ange
lis beatitudo sine fine prestatur. Que argumenta in
summa ita arbitror esse definienda:ratio que rei in
comprehensibilis atqz altissime summatim ⁊ breui
ter inquantum valet:nō quantum est efficit mentio
nem. Hinc enim nihil extrinsecus:nihil verisimile:
nihil proferri videtur ambiguum: sed omnia talia
procedunt:qualia ⁊ veritas loquitur ⁊ de veritate di
cuntur. In magnum quoqz sacramentum:hec nouez
loca vnde laudes dominice nascuntur: arbitror ap
prehēsa:vt trinitatis bonor tertio in se triplicato nu
mero possit agnosci. Iste quoqz numerus continetur
⁊ in codicibus sacris:quos sancta domini legit ⁊ ve
neratur ecclesia:id est:in octateucho:in reguz:in pro
phetis:in psalterio:in Salomone:in agiographis:in
euangelys:in epistolis apostolorum: in actibus apo
stolorum cuz apocalypsi. Sic numerus iste celestiū

DOC

Heth

[Misericors ⁊
miserator domin⁹.] Tertia narratio que superest in
troitur:in qua loca illa argumentorum latius exequi
tur:que in secunda parte breuiter intimauit:ea nunc
singillatim mente sollicita perquiramus. Ab operi
bus domini fecit initium:vt miseratoz dicatur. Naz
qō misericors dicitur:nature ipsius virtus est: quod
miseratoz fragilitati nostre causa salutis est. Miseri
cors est enim cum creat:quia nullis beneficijs pro
uocatur vt prestet:sed clemētie sue dispositione vni
uersa facit ad existentiaz peruenire. Miseratoz quo
qz est:cum res cadentes sua pietate reconstruit:qua
tenus qui per culpam corruunt:per gratiam subleuē
tur. Quis enim actibus suis meretur munera domi
ni saluatoris:dum absolute legatur:omnes peccaue
runt ⁊ egent gloria dei? Misericors autem ⁊ misera
tor:figura Paranomasia est:que ⁊ denominatio dici

Ro.3.

SCHE

[Patiens ⁊ multum misericors.] Uenit ad 2m̄
argumenti locum:qui appellatur:a potentia: quam
nō laudauit qō terras suspendit:maria coercuit:stel
lis celum depinxit:sed tolerantem dixit excessus hu
manos:vt qui puniri possent lege iustitie:probentur
per patientiam domini non perire:sicut legitur: No

Ezech.18.

Teth

[lo mortes peccatoris:sed vt puertatur ⁊ viuat.] Sua
uis dominus vniuersis:⁊ miserationes eius super oīa
opera eius.] Tertius argumenti locus est:a magnifi
centia. Quid enim magnificentius:q̄ suauē esse vni
uersis:qui tamen cum deuotis sensibus ipsius mune
re gustauerūt? Sicut Petrus apostolus dicit: Si ta

i. Pe.2.

men gustatis quoniam dulcis est dominus. Dulcis
enim dici non potest:nisi eis qui bona ipsius spiritua
liter imbiberunt. Quid iterum magnificentius: q̄z
miserationes supra omnes operas suas impendere:
que eo gloriantur auctore? Dicat aliquis:cur ergo da
mnandi sunt peccatores:quos eius creaturaz esse nō

dubiuz est? Sed respice:qz miserationes ꝓferendas
dicit supra operas dñi. Ipsuz enim corona:qō in no
bis occulto iudicio grā progāte largit:illud damnat
qō diabolo machināte ꝓstruit. Uis eniz posita ver
borū:soluit absolutissime questionē. Opera eniz dñi
semper eligunt:nostra vel diaboli sine dubitatione

Ioth

[damnant.] Cōfiteantur tibi dñe omnia opera tua:
⁊ sancti tui benedicēt te.] Quartus locus:a sanctita
te narrat. Ipsa est eniz sanctitas quā superius dixit:
vt ei sancti sui debeant confiteri:id est:boni angeli:
dominationes:potestates ⁊ principatus:vel iusti ho
mines:⁊ qcqd beatum esse cognoscitur. Sed qz oēs
creature nō sunt in intellectuali dignitate sublimes:
vt iumenta:saxa:ligna:terra:vel his similia:quo mō
illū poterit omnis creatura ꝑdicare? Confitetur pla
ne in hoc qō est:dū suum glorificari facit auctorem:
qui oia admirabili dispositione perfecit:vt aut per se
ipse creature laudent:aut per rationales substantias

Caph

[opera domini valde bona predicent.] Gloriaz regni
tui dicent:⁊ potentiā tuā loquentur.] Quintus:a mi
rabilibus producitur locus. Q̄ mirabilis eniz deus:
qui fecit celum ⁊ terram:eaqz diuersis bonis stupē
da varietate cōpleuit? In paruis enim est mensura
sufficiens:in mediocribus equabile temperamentū:
in magnis abundantia copiosa donorū:⁊ necesse est
totū esse mirabile:qm̄ vniuersarum rerum oīpotentē

Lamech

[constat autorem.] Ut notā faciant filys hominū po
tentiā tuā:⁊ gloriā magnificentie regni tui.] Sextus
locus qui est:a virtutibus introitur. Hoc est enim qō
in seda parte dixit: Uirtutē terribiliū tuorum. San
ctis eniz predicatoribus nota facta est potentia dñi
⁊ gloria regni eius:ne ignorata minus forsitan quere
ret. Nota quoqz facta est potentia eius:cuz Petrus
⁊ Joannes:ex vtero matris claudum ambulare fece
runt:dicentes: Uiri israelite quid miramini in hoc:

Act.3.

quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hunc am
bulare? Et paulo post dicunt:q̄ in nomine Jesu chri
sti saluus sit factus. Nota etiā facta est potentia dñi:
qū diuersas virtutes apostoli inuocato eius nomine

Mem Al. gnātione

[perfecerunt:] Regnum tuum regnū omniuz seculo
rum:⁊ dominatio tua in omni generatione ⁊ †proge
nie.] Uenit ad septimū locum:qui trahit a magnitu
dine. Nā si magnum est ad tempus imperare:quāto
magificētius dominationis terminū non habere?
Primū enim signū dñi de perpetuitate laudauit:po
stea de ipsius dominationis effectu. Sunt enim re
gna humana sed nō eterna:sunt ⁊ aliorum compara
tione fortia sed nō diutius dominantia:⁊ ideo perpe
tuitas ista cōmemorat:ne regnum tale putares qua

Samech Al. oibus

[le in mundo forsitan esse cognoscis.] Fidelis dñs in
†verbis suis:⁊ sanctus in omnibus operibus suis. Al
leuat dñs omnes qui corruūt:⁊ erigit omnes elisos.]
Octauus locus aperit:qui dicit:ab abundātia. Ipsa
est: Memoriam abundantie suauitatis tue eructua
bunt:quā superius in antefata secunda parte memo
rauit. Fidelis ergo dicitur:qm̄ sui aduentus ꝓmissa
cōpleuit:⁊ non in paucis sed in omnibus verbis suis.
Nō reuera ipsi soli conuenit:qui dixit: Celum ⁊ ter

Mat.24.

ra transibunt: verba aūt mea nō preteribunt. Qui si
cut verax in ꝓmissionibus:ita ⁊ sanctus in omni sua
operatione dinoscitur. Hoc quoqz ad abundantiaz
domini nō est dubium pertinere:quando eleuantur
ruentes:absoluuntur rei:eriguntur elisi. Tunc enim
recordatio suauitatis ipsius habetur: cum factorum
talū virtus aspicitur:⁊ eructuat in laudib⁹ eius:qui
dignatus est de potestate diaboli eripere peccatorē.
Et vide:qm̄ ⁊ hic due res dño deputant. Ipse enim
alleuat ruentes:qui adhuc minime corruerunt. Ipse
erigit elisos:qui iaz ruinā sustinuisse noscuntur. Me
rito:qm̄ ne cadamus ipso custode defendimur:vt vo
pstrati surgere veleamus vrute ipsius nihilominus
subleuamur. Nec eniz ⁊ talia per abundātiā suauita

Ain Al. illorum Phe

[tis ipsius fieri posse nō dubiū est.] Oculi omniuz in
te sperant dñe:⁊ tu das escaz †illis in tempore oppor
tuno. Aperis tu manuz tuam:⁊ imples omne aial bñ
dictione.] Ecce nonus locus ītratur:qui dr̄ a iustitia.
Hic in his duobus ⁊ alio versu qui sequit latius ex
planatur:vt qui dominū misericordē audiunt:iustū
quoqz iudicē contremiscant. Justitie eniz ipsius est:
vt qui in ipso sperare nō desinunt:ab ipso satietatis
munera cōsequantur. Sed ista esca vniuscuiusqz rei
cōtinētia debet intelligi. Alia enim corporaliter:alia
spiritualiter expetunt gubernari:sed his omnib⁹ vna
esca est largitas dispensata creatoris. Et ne crederes
semper dādū esse qō petit:adiecit: In tēpore oppor
tuno. Multi eniz petūt:sed feliciter differunt. Qua
propter vnū hoc assidue depcemur:vt illa nobis do
minus ꝓpitius tribuat:que expedire cognoscit. Nos

Ro.8.

eniz:sicut dicit apls:quid oremus sicut oportet nesci
mus. Cognoscimus etiā in potestate ipsius oīa cōsti
tuta:qm̄ ipso manū aperiēte:omne aial benedictione
cōpletur. Sed melius vt hoc oīal rationabilem crea
turā debeamus accipere:quā reuera cōstat posse bñ

Sade

[dici.] Justus dñs in oibus vys suis:⁊ sanctus in oib⁹
operibus suis.] Manifesta est pars illa iustitie:quā
do ipsum quoqz nomen cognoscimus esse memora
tū. Uie domini sunt:dispositiones atqz voluntates:
quas si vere intelligimus:semp iustas esse sentimus.
Nā cū nos verberat:equitatē facit:qz peccatis dīgna
restituit. Et ideo dū nobis petimus parci: prius eius
iustitiā cōfiteamur:⁊ sic ab ipso expectemus mune
ra pietatis Sanctus:⁊ pium significat:⁊ patiētē:⁊ bo
nor omniū largitorē:qm̄ qō ab illo efficit virtutuz
laude complet. Uie pertinet ad dispositiones:opera
tio ad effectū:sed hoc pro nostra ibecillitate diuidit:
Ceterū apud illuz:hoc est velle qō facere:hoc dispo

Coph Al. oib⁹ inuocantibus eū

[nere qō iubere.] Prope est dñs oibus inuocantibus
eū:†in veritate. Uoluntatē timentiū se †facit:⁊ ora
tiones eorum exaudiet:⁊ saluos faciet eos.] Et hec
quoqz ꝓbant ad iustitiā dñi ptinere. Proximus:dñ
ppitius: Iratus vo:longinquus. Nā ꝑsentia ei⁹ semp
⁊ vbiqz est:sicut in supiore psalmo dictū est: Si ascē

Res Al. faciet: ⁊ deprecationem

dero in celum tu illic es: si descendero in infernum
ades.⁊c. Sed qm̄ ⁊ illi inuocant:qui sua cupiunt desi
deria vana compleri:additum est: In veritate:quod
omnes superfluitates excluderet:qz solus veraciter
inuocat quisquis ab eo petit que ipse magis postulā
da constituit. Reuera enim:hoc est exaudiri:cui pro
bantur ꝓfutura concedi. Nam quale est nimietate
precum exigere:qō importunum petitorem peniteat
accepisse? Sicut filys israel contigit:quando regem

Ps.138.

Sin

sibi dari more gentium postularunt.] Cudodit domi
nus omnes diligentes se:⁊ omnes peccatores disper
det.] Jam concluditur in breuitate pars illa iustitie:
qz vtrūqz ad dñi ptinet egratē: vt diligētes se custo
diat:⁊ peccatores pro eorū iniqtate dispdat. Qō aūt
dicit:oēs peccatores esse ꝑdēdos:illos significat qui
in sua obstinatione ꝓsistūt. Naz qui se ad dñm puro
corde ꝓuertūt:peccatores esse iā desinūt:sicut in alio
psalmo dictū est: Beati quor remisse sunt iniqtates.

Ps.31.

Thau [†Laudem domini loquet os meū: ⁊ benedicat oīs caro ⁊nomē sanctū eius in seculū ⁊ in seculū seculi.]
Alt. Laudationem
Alt. nomini sancto

Expositis omnibus locis: que laudē dñi generare ac pducere ꝓsuerunt: nunc eius repetit breuissimā conclusionē: vt qō nullis libris: nullis valet humanis viribus explicari: mirabili cōpēdio ꝓbet esse ꝓclusus. Laudem dñi os suū: id est: cordis arcanum ꝓmittit effari: vnde se ꝓpheta nouerat libenter audiri. Commonet etiā humanā carnē vniuersam dñm benedicere saluatorem: qō dictū ꝓstat per figuram Sinēdoche: id est: a parte totū. Per carnē enim significat homines: sicut idē homines significat: qñ solas animas
SCHE
Gen. 46. dicit: vt est illud Exodi: Omnes aūt anime que ingressū sunt in egyptū: anime septuagintaqnque. Ipsa eni
Exo. 1. caro est: que potest dñm digna laude benedicere. Si quā vō partē supra ista que diximus siue in futuris: siue in ꝑteritis psalmis diligēs ꝑscrutator inuenerit: que ad laudes dñi debeat applicari: ad supradictoꝝ aliquē modū: vt tamē nos opinamur nō dubitet ꝑtinere: nec accuset a nobis ad liquidū minime cōprehensum: qō ꝓfitemur imensus. Doc Aristoteles acer ingenio (vt arbitror) emulatus: argumētoꝝ secularū loca mirabili subtilitate collegit: vt sicut vniuersus sermo litteris: ita ⁊ illa complexione oīs humanitas plata sentētia clauderet. Hinc dialectici disputationes suas cōpendiosis collectionibus artauerūt hinc oratores velut quedā flumina cucurrerūt: hinc poete decoris florib⁹ ambiunt: hinc satyrici: hinc historici: hinc comici tragiciqz ditati sūt: vt pene ab humana lingua videat exceptū: qō ab hac fuerit complexione diuisum. Huic rei topica nomen imposuit.
DEF Topica vō sunt argumentoꝝ sedes: ex qbus ad faciē dā fidē velut elemētis qbusdā ꝓficit ītentio disserētis. Qō legere atqz tractare religio nobis ꝓdemnat: quoniā innoxie requirit quicquid sacris litteris nō probatur aduersum. Conclusio.

Audiuimus in vno psalmo breuiter complexa: que in scripturis sanctis late diffusa sunt. Ubi enī nō legit: aut opa ipsius: aut potentia: aut magnificētia: aut sanctitas: aut mirabilia: aut virtus terribiliorū: aut magnitudo: aut abundantia: aut iustitia: vt merito dici possit supernū horreū: vbi talis entheca reꝝ probatur esse celestiū. Solent enim omnia simul non ponī: laus aūt dñi vt opinamur sine aliquo istoꝝ nō potest inueniri. Sed cum hic formulam dominice laudis diligenter expresserit: significauit vtiqz ⁊ sequentes psalmos ad eius sine dubio preconia ꝑtinere: quibus talis regula complexioqz premissa est. Nec putes fortuitum: qō septē psalmis laudes dñi ꝑtinent: hoc est forsitan quod in
Pos. 118. cēteſimodecimooctauo psalmo dictus est: Septies in die laudē dixi tibi. Ipsa forsitan septem candelabra sūt: sicut apocalypsis refert: que ante dñm lucēt. Ipse septē ecclesie ad quas liber dñi iussus est destinari. Ipse deniqz spiritus septiformis: qui ipsas laudes celesti largitate ꝓcessit. Quapropter exultemus: copiose dedisse nobis dñm quod eius auribus offeramus: tm̄ pura conscientia ꝓbeatur. Nam quis dubitet grate suscipi: quod ipse sibi ꝓcepit īmolari? O pietas īmensa creatoris: ⁊ laudari se iubet: ⁊ ne nostris delinquamus eloquys quēadmodū ꝓcipit ostendit: Non qō ille talibus indiguit: sed qz nobis hoc vtile fuisse ꝓspexit. Totū dixit: totū monuit: ne velimus errare. Ad postremū ⁊ ipsas naturā humanitatis: ne fragilis periret assumpsit. Sed ꝓsideremus si qui tā ingentia dona suscipim⁹: peccare tāte grē debeamus.

Explicit expositio in psalmum. 144m.

¶ Alleluia. CXLV.

Lauda anima mea dñm: laudabo dñm in vita mea: psallā deo meo q̄diu fuero. Nolite ꝓfidere in principibus: neqz in filijs hominū in qbus non est salus. Exibit spiritus eius ⁊ reuertet in terrā suā: in illa die peribūt oēs cogitationes eoꝝ. Beatus cuius deus iacob adiutor eius: spes eius in dño deo ipsi⁹: qui fecit celū ⁊ terrā mare ⁊ oīa que in eis sūt. Qui custodit veritatē in seculū: facit iudiciū iniuriā patiētibus: dat escā esurientibus. Dñs soluit cōpeditos: dñs illuminat cecos. Dñs erigit elisos: dñs diligit iustos. Dñs custodit aduenas pupillum ⁊ viduam suscipiet: ⁊ vias peccatoꝝ disperdet. Regnabit dominus in secula: deus tuus sion in generatione ⁊ generationē.

Ecce iteꝝ auribus nostris īsonat celestis auctoritas: pulsatqz Alleluia ianuas cordis: ne vacuis atqz inanibus cogitationibus occupemur: quoniā ociosus tempus habere nō decet militē Xpi. Habet enī ⁊ lingua fructus suos. Uberrima sigdez messis inde colligit: si in laudes dñi pura mente moueat. Spiritualē mēbrū est cū famulat auctori: ipsas quoqz animā cōmēdat dū veritatē loquit. Quapropter cōplectamus aerē dulcissimis sonis. Nam musica ista salutaris: nō solū mortaliū pmulcet auditū: sed etiā intellectum delectat angelicum. Diuisio.

Cupiens ꝓpheta laudes dñi ex toto corde cātare: Primo ingressū dicit in hominibus minime ꝓfidēdum: ne aliqd ab eo peteret tepide: si ⁊ ali⁹ crederet posse ꝑstare. Secō ꝓnūtiat totā spez in oipotēte dño: reponēdā: ⁊ cū sit iste dñs: ex factis suis pulcherrime definit: vt gētilitas tā frequēti rōne ꝓuicta: errores suos fideli deuotione deseliquat. Expositio.

Lauda anima mea dñm.] Ne terrenis desiderys voluntas ociosa vacaret: ⁊ in fatuis vt assolet curis: mentis occuparetur intentio: dat sibi ꝓpheta salubre ꝓsilium: vnde generalitati nouerat ꝓsulēdum: vt anima laudaret dñm: nō sonus ꝓcrepātium labioꝝ. Sepe enim sic meditata proferimus: vt peregrina cogitatione translati: non nos sentiamus dixisse que loquimur. Est enim vtus anime spūali vigore flāmata per diuersa discurrēs: que causas celestiū siue terrestriū creaturarū indagabili rōne ꝓquirit: mō se superis: modo inferis miscens. Sed ista quēadmodū se habeant: ꝓout dñs donare dignat⁹ est: in libro aie: qui in variarū opere tertiusdecim⁹ cōtinet: a nobis latius vident exposita. Quapropter animam suam psalmista hortat laudare dñm: vt explosis cogitationibus superuacuis: in ipso tm̄ negocio totis viribus occupetur.] Laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo q̄diu fuero.] Intueamur quid sibi velit
Alt. fuero

ista repetitio. Prius iperat anime sue laudare dñm: nūc acquiescens duplici se pmittit ordine laudaturum. Laudare in vita est: in illa eternitate dñm confiteri: que veri⁹ vita dicit: qm̄ nulla curarū pressura cōterit. Ideo eniz: Laudabo dixit: vt futuruz tēpus ostenderet: qñ angelis iustisqz hoibus sors ista coīs est. De ista vō ꝑsenti vita: Psallaz dicit: qō ad bonas operas (sicut sepe dixim⁹) manifestū est ptinē. Sic ergo accipiendū est: vt illic ꝑpetue: hic psallatur assidue. Nā ⁊ ipsuz: Q̄diu ero: istud seculū significat: qz futurū erat qñ hic esse nō poterat.] Nolite confidere in principib⁹: neqz in filijs hoīum in quibus nō est salus.] Celestis medicus humana pectora primus mūdat pestiferis curis: vt salutaria remedia cōpetēter infundat. Dicit enim: nec in demonib⁹: nec in hoib⁹ esse presumendū: qui salutē dare nō possunt: quaz ure ꝓprio minime possidere noscunt. Principes hic: spirituales nequitias debemus aduertere: de qb⁹ dicit apls: Quia nō est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinez: sed aduersus ꝑncipes ⁊ potestates tenebrarū haruz. Filios hoīum: significat sine dubitatione mortales: qui salutē dare nō possunt: qz debita morte succūbunt. Solus est eniz filij⁹ hoīs: id est: sancte virginis qui tribuat salutē: qñ ipsum cōstat humani generis existere saluatorē.] †Exiet spiritus ei⁹ ⁊ reuertet in terrā suā: in illa die peribunt oēs cogitationes eoruz.] Causam reddit cur dixerit in hoibus nō esse presumēdū: hic spiritū aīam debemus accipere: sicut ait in euangelio: Pater in man⁹ tuas cōmendo spiritū meū. Egressa itaqz aīa de claustro corpis sui: in terrā remeat caro defluens vñ sumpsit initiū.
Eph. 6.
Alt. exibit
Luc. 23.
Gen. 2.
Ideo enim addidit: Suaz: vt significaret inde fuisse ꝓcreatā: sicut legit in genesi: Fecit deus hoīem de limo terre. Mortis igit tēpore pereūt humane cogitationes: que se in diuersos ambitus semp extendūt: mō possessionibus studētes: mō diuitias ꝓgregātes: mō honores magnopere pergrēdo. Sed hec oīa dispereūt: qñ eaꝝ rerū vota frustrant: sicut diuitem in euangelio legim⁹ increpatū. Stulte hac nocte auferet a te aīa tua: que aūt preparasti cuius erūt?] Beatus cui⁹ deus iacob adiutor eius: spes eius in dño deo ipsius.] Explosis noxys cogitationib⁹ qbus humanū gen⁹ tanq̄ grauissimis morbis inficit: ꝓpheta ad zm̄ venit ingressuz: in quo tanq̄ salutare poculū humanis mentib⁹ porrigit ebibēdū. Nō enim tm̄ ꝓbibuit inutiles presumptiones: sed etiā que fuerāt appetēda ꝓmonuit. Dicit enim de ipsa cogitatione fieri beatū: qui sperat in dñm. Jacob vō patriarchā ideo sepe dicimus poni: qm̄ post illā angeli luctā primus ipse appellatus est israel: id est: vir videns deū: Qō vocabulum ad oēs electos cōpetēter aptat. Adiutor eniz iō positū est: vt nos ad bonos nisus nois ipsi⁹ intelligētia cōcitaret. Illis aūt adiutor est: qui ipso donante virtutū gradus ascēdere bonis intētionib⁹ enitunt. Sequit: Spes ei⁹ in dño deo ipsi⁹. Ad superiorē sententiā ptinet ista ꝑsecutio: qz beatus est cui⁹ spes eē cognoscit in dño deo suo. Dicēdo enim: Spes: patiētiā ꝑsentiū significat: ⁊ desideria futuroꝝ. Nā quodlibet istud in hoc mūdo christianus patiatur: eterne beatitudinis cogitatione reficit. Sed qm̄ esse poterat ⁊ cultoribus demonū spes in deo suo: singulis varysqz comatib⁹ per vnā speciē definitionis vsqz ad finē psalmi: dñm chm̄ designat: in quo debeat spes esse fideliū.] Qui fecit celum ⁊ terrā: mare: ⁊ oīa que in eis sunt. Qui custodit veritatē in seculū: facit iudiciū iniuriā patientibus: dat escaz esurientib⁹.] Dñs erigit elisos:]
Luc. 12.
Alt. iste versiculus habū gīē sequēti

Diximus in psalmo centesimoq̄dragesimoquarto posita esse loca: ex qbus laus dñica formaret: nunc eadē cōmemorāda locis aptissimis estimamus. Ait eniz: Qui fecit celū ⁊ terram: mare ⁊ oīa que in eis sunt: qō ab operib⁹ eius laudē ꝓdisse non dubiū est. Quid eniz gloriosi⁹: qd ve pōt esse magnificentius: q̄ celū ⁊ terrā fecisse: ⁊ oīa que in eis sunt? Illud preterea qō dicit: Facit iudiciū iniuriā patientibus dat escā esurientibus: ad iustitiā eius manifestuz est ꝑtinere: qñ egratē suā oībus ꝓut vult iudicij sui dona cōcedit. Scōa aūt est ista species definitionis: que grece dicit Ennçonatice: latine notio nūcupat. Nō eniz dicit substantialiter qd sit deus: sed qd agat vel qd egerit. Actus eniz eius ex ꝑte aliqua quātū tm̄ ipse concedit pōt notitia nostra cōprehendere: substantiā vō ipsius nō prevalet indicare. Dicit eniz ꝑmū: Qui fecit celū ⁊ terrā: ipse est in quo spem suaz debeāt ponere christiani. Sed lz celi ⁊ terre appellatione cuncta cōcluserit: addidit tm̄: Et oīa que in eis sunt: ne quē aliū putares vel minutissimarū rerū existere creatorē. Sequit: Qui custodit veritatē in seculū. Ipse est scilicet dñs christus: qui dixit: Ego sum via veritas ⁊ vita. Necesse est enim vt ille loquatur veritatē in seculo: qui celestis veritas approbat. De hoibus aūt qui sub peccato sunt: dictum est: Omnis homo mendax. Adiecit: Facit iudiciū iniuriā patientib⁹. Christus est verus iudex: ⁊ gubernator eternus: qui afflictos ꝓpter nomen suū vindicat: ⁊ miseretur innoxys. Ipsi qppe sunt qui iniuriā: id est: iniustitiaz patiunt: qñ vītatē ꝑdicātes penis vehemētib⁹ affligunt. Intulit: Dat escā esurientib⁹. Ipse eniz dat escā esurientibus: qui creator est mūdi. Sed opz nos escas spirituales expetere: ne sicut iudei saturitatez solum ventris delectemur accipere. Dicit enim Amos prophēta: Ecce itroduco famem super terrā: nō famem panis neqz sitim aque: sed famē audiēdi verbū dei. Subiecit: Dñs erigit elisos. Nec hoc quoqz dubium est: qz elisos erigat. Nā cū diabolus elidat: dñs subleuat. In ipso ergo ponenda est spes: qui nō elidere sed erigere cōsueuit.] Dñs soluit cōpeditos: dñs illuminat cecos: dñs diligit iustos. Dñs custodit †aduenā.]
Joan. 14.
Pos. 115.
Luc. 13.
Joan. 9.
Ibidem
Amos. 8.
Alt. aduenas

In hoc ⁊ sequēti versu ille locus aptandus est: Memoriā abundātie suauitatis eius. Quid enim suaui⁹ q̄ vt misericordie ipsius facta memorent: vt dicat: Dñs soluit cōpeditos: dñs illuminat cecos: Dñs diligit iustos: dñs custodit aduenā: pupillū ⁊ viduā suscipiet: ⁊ viā peccatoꝝ exterminabit: Soluit vtiqz cōpeditos dñs christus: sicut in euāgelio dictū est: Nōne oportebat hāc filiā abrae quā alligauerat Satbanas decē ⁊ octo annis solui ab infirmitate sua? Sed hoc nō solū de vexatione immūdi spiritus potest intelligi: sed etiaz de oībus vitys quibus mens nostra quasi qbusdā funib⁹ illigat. Nā sicut ligat diabolus qui peccata cōnectit: ita soluit christus qui delicta dimittit. Sequit: Dñs illuminat cecos. Oēs vitiosi ceci sunt: qz peccatoꝝ obscuritatib⁹ ꝑplicant. Sz istos ille solus illuminat: qui in euāgelio luto facto punxit oculos: ⁊ tenebratū hoīem ad gaudium ꝑfecte sanitatis adduxit. De quo etiā dictū est: Qui illuminat omnē hominē venientē in hunc munduz. Addidit quoqz: Dñs diligit iustos. Cuius est enim iustos diligere: nisi qui eos prevalet in eternā beatitudinē collocare? Nam sicut diabolus affectat impios: ita dñs diligit iustos. Subiecit etiam: Dñs custodit aduenā: id est:

qui de babylonia ciuitate diaboli ad hierusalē ciuitatem dñi saluatoris aduenerit. Dunc custodit:si tñ in electorum habitatione permanserit: sicut in alio
Ps. 38. psalmo dicitur: Incola ego sum apud te in terra:⁊ peregrinus sicut omnes patres mei.[Pupillū ⁊ viduā
Al. viaos Al. disperdet suscipiet:⁊ ꝗviam peccatorum ꝗexterminabit.] Pupillus ⁊ vidua sunt:qui dominū pura mēte respiciūt humanis solatys destituti. Dos recipit christus suo munimine vendicandos.Sed cum istos pro sua pietate receperit:diabolus qui est via peccatorum exterminabit:id est:a termino regni sui reddit alienū:qō vnicuiqs impiorum in illa sancta iudicatione venturum est.Sic istis decem sententys preconialibus:in quo domino debeat spes esse fideliū abundāter ostēsum est.Et ne forsitan putes esse contrariū:qō in superiore psalmo diximus:nouem loca dominice laudis disposita:nunc autem in preconys eius denariuꝫ calculū memorauimus esse deorsum.Scias aliud esse argumentorꝫ sedes:aliud definitionuꝫ regulas. Ibi enis singula queqs generali distinctione sunt posita:hic aūt sub vna specie definitionis:varys sententys qd sit dñs intimat:⁊ sicut fieri solet:de vno loco argumētorꝫ:due definitiones plures ve collecte sūt.
Al. secula Al. omni generatione ⁊ generatione [Regnabit dñs in ꝗeternuꝫ:deus tuus sion in ꝗsecula seculi.] Hoc ex magnificētia dñi pbat intelligi. Quid enis magnificētius q̄ regnare dñm sion in seculū seculi:cuius regni nō erit finis:Regnabit:futurū tempus videt ostendere:qñ iam in ipso corda nostra firmissima stabilitate cōsistunt.Modo enis in membris suis plenissime regnare nō dicitur chrs:qꝛ corda eorꝫ interdū manibus cogitationibus occupātur.Sed cum hoc mortale corpus induerit ꝫmortalitate:⁊ noxias istas cogitationes cū mūdi istius amissione reliquerit:tūc pfecte in sanctis regnaturus est
1. Cor. 15. chrs:qñ sicut scriptū est.Erit deus oia in oibus.Cui aūt sit iste dñs euidenter exponitur:Deus tuus sion. Sion ecclīam catholicā significare sepe iā dictū est: propter speculationē quā exhibet populo christiano. Ipse enim ⁊ cum ea ⁊ in eadē regnabit:qui est benedictus in secula seculorum. Conclusio.

Contemplationis beneficio:ppheta circa finē quasi seculi cōstitutus:vbi iaꝫ mundi cognoscit potius damnanda peruersitas:vniuersitatē docuit dñi laudib⁹ occupari:ne caduca desideria quereret:que prime finiēda constaret.Sed cū illud tēpus venturuꝫ dicit nobis: istud nostrum sine dubio nūtiat.In mundi enim fine sumus:qñ eū nō longo interuallo suscepta morte deserimus.Transeant a nobis cupiditates caduce:illecebre seculares abscedāt:illud potius desiderem⁹ qō eternum esse cognoscimus.

Explicit expositio in psalmum.145m.

¶ Alleluia. CXLVI.

Laudate dñm qñ bon⁹ est psalmus:deo nostro sit iocūda decorqꝫ laudatio. Edificās hierusalē dñs:dispersiones israelis cōgregabit. Qui sanat cōtritos corde:⁊ alligat ꝯtritiones eorū. Qui numerat multitudinē stellarū:⁊ oibus eis noia vocat. Magn⁹ dñs noster ⁊ magna virtus ei⁹:⁊ sapiētie ei⁹ nō est numerus. Suscipiēs mansuetos dñs:humiliās aūt peccatores vsqꝫ ad terrā. Precinite dño in ꝯfessiōe:psallite deo nr̄o in cithara. Qui operit celū nubibus:⁊ parat terre pluuiam. Qui pducit in montib⁹ fenū:⁊ herbā seruituti hoium. Qui dat iumentis escaꝫ ipsorꝫ:⁊ pullis corvorꝫ inuocātibus eū. Nō in fortitudine equi volūtatē habebit:nec in tibijs viri beneplacituꝫ erit ei. Beneplacitum est domino super timentes euꝫ:⁊ in eis qui sperant super misericordia eius.

Verba tituli sui subsequens textus exponit:vt peregrina locutione nō egeat:quē declaratio ppꝛy sermonis explanat.Lege enis initiū psalmi:⁊ exposuisti titulū. Alleluia:significat laudate dñm:qō sibi vtriqs sic cōsona voce respondet:vt titulum initium putes esse psalmi.Initiū vō psalmi:tituluꝫ rōnabiliter arbitreris.Quapropter confidenter atqs hylares ingrediamur hunc psalmū:cuius notitia salutarem in ipsis forib⁹ absolute cognoscim⁹. Diuisio.

Primo modo hortat ppheta ppl'm deuotum laudare dñm:qui humiles erigit:⁊ superborꝫ colla concidit. Secō alacriter dñm dicit esse psallendū:qui supplicantibus beneficia pfutura concedit:qñ qui de suis viribus presumunt ei placere nō possunt.

Expositio.

Laudate dñm qñ bon⁹ est psalmus:deo nostro iocunda sit laudatio.] Omnis Al. decorꝫ opera humana mercedē sibi postulat debere retribui:vt qō laboriose peragim⁹: spe ppositi muneris cōsolemur.In laudationibus vō dñi actus ipse habet premiū suuꝫ:qñ ipsa erit retributio que nūc est exercitatio.Nam cuꝫ bonū sit dñm predicare:inde vnusqsqꝫ noscit pmissa dona recipe.Recipit plane:qñ in illa angelica societate singulare fit munus sanctorꝫ:ppetuū dñi subire pconiuꝫ. Laudem⁹ ergo deuotione qua possum⁹ ⁊ hic illa beata dona meditemur.Quid enim felici⁹ q̄ modo exercere qō te speras in futura beatitudine posse peragere:Psalmus aūt est:vt a maioribus traditū:organū musicū:sic cithara:panduriū: alia queqs vocibus nostris dulcissima modulatione respondēt: qō sepe diximus ad actus nostros probatissimos pertinere.Quapropter laudationē dñi:⁊ psalterium in vnā precipit venire cōcordiā:vt sicut lingua diuinitatis pconia dicimus:ita eum bonorꝫ actuū operatione laudemus.Sequit:Deo nostro iocunda sit laudatio.Diuinitati ꝗppe est iocunda laudatio:qñ act⁹ nostri a sanctorꝫ verborꝫ qualitate nō discrepant.Nam quale est vt psalmus castitatē dicat:⁊ cantor ab obscenitate se nō subtrahat:si humilitatē pdicet:⁊ narrator eius superbie flatu⁹ intumescat:Quapropter nō pōt a dño bene pcipi:qō cōtraria inter se noscit aduersitate luctari.Tunc est enim dño iocunda laudatio:qñ in vnā societatem vox ⁊ vita conuenerint.
Al. nō habet Al. ꝗgregabit [Edificās hierlm dñs:ꝗ dispsiōes israel ꝗgregans.] Per hunc ⁊ duos vsus alios qui sequunt ex mirabilib⁹ factisqs gliosis dñs iure laudat.Nā cū dic:Edificans hierlm dñs:⁊ dispsionē israel congregās:Qui sanat contritos corde ⁊ alligat cōtritiones eorꝫ:Qui

numerat

numerat multitudinem stellarum:⁊ omnes nomine suo vocat:de factis vtriqs suis mirabilis approbatur. Ostendit autem in pmo versu discrepantia dñm nō amare:quādo eum constat dispersa colligere. Nam quēadmodum in nobis patiat alios esse actus:aliaꝫ cantilenam:qui totius mūdi populos in sanctā colligit vnitatē:Sic enis de viuis lapidibus edificat dominus ciuitatē Dierusalez:quādo dispsiones israel congregat:que in toto mūdo habitare noscunt:sicut
Matth. 24 in euāgelio dictum est:Et mittet angelos suos cū tuba ⁊ voce magna:⁊ ꝗgregabunt electos a quatuor angulis terre.
Al. et [Qui sanat contritos corde: ꝗ qui alligat contritiones eorꝫ.] Mirabile genus curationis edicitur:vt si restaurari volumus:nosmetipsos viuacissime ꝗteramus.Sed ista contritio ad redintegrationem ptinet:ad soliditatez deducit:⁊ qō supra omne bonū est illuꝫ medicū introducit:qui eternaꝫ tribuit
SCHE sospitatē.Segtur:Qui alligat cōtritiones eorꝫ.Metaphora ab artificibus medendi:qui ossa fracta atqs cōtrita quando solidare cupiunt:linteorꝫ illigatione ꝗstringunt:vt in soliditatē pristinam ad locuꝫ suum redeuntia mēbra coalescāt.Sic celestis medicus penitētium corda graui afflictione ꝗtrita:quasi quadā fascia pietatis sue supducta constringit atqs consolidat:⁊ ad firmissimam spem sanitatis adducit:sicut ⁊
Ps. 50. in qnquagesimo dictum est:Cor ꝗtritum ⁊ humiliatum deus non spernit.Nam ille publicanus qui pectus suū assidua pcussione tundebat:ipsam in se ꝗtritionem ꝗbatus est effecisse:quā reo pectori non desinebat ingerere.
Al. oib⁹ eis noia vocans [Qui numerat multitudinē stellarꝫ:⁊ omnes nomine suo vocat.] Sed q̄ quis ⁊ istud ad litteram dñi potētiam videat ostendere:vt nobis innumerabiles stellas diuinitati dicat esse numerabiles:earūqs nomina ꝗpꝛys vocabulis nuncupari:qñ illi oia cōprehensibilia sunt:cui arena maris:⁊ gutte pluuiaꝫ:⁊ capilli hominū dinumerati esse noscunt. Nam cuꝫ dicit: Noie suo:astrologos arguit qui eas vocant nominib⁹ alienis:vt Veneris: Mercury: Jouis: Martis: Saturni:⁊ his similia. Istud tñ aptius est:vt ea magis intelligē debeamus.Supius enis dixerat:Cōtritos corde esse saluādos:quos iam post indulgētie medicinam stellas debemus accipe.Lucēt enis velut astra in nocte huius seculi:qui meruerūt in sanctorꝫ numero congregari.Sed quāuis multos hic continere videat ecclesia:illi tñ a dño numerantur qui regni eius participatione gaudebūt.Naꝫ stellas:sanctos viros nos posse intelligē: Genesis locus
Gen. 22. ille testat:qui ait:Multiplicabo semē tuuꝫ sicut stel
Sap. 5. las celi.Et Salomon dicit:Justi aūt fulgebunt sicut stelle celi.Scimus autez a dño nomina vocari posse sanctorꝫ:quādo eos in celo legimus esse ꝗscriptos:si
Luc. 10. cut in euāgelio dicit: Nolite gloriari quia demonia subiecta sunt vobis:gaudete aūt ⁊ exultate:qꝛ nomina vestra scripta sunt in celis.[Magnus dñs noster ⁊ magna vtus eius:⁊ sapiētie eius nō est numerus.] In hoc ⁊ sequēti versu a magnitudine dñi laus decora cantat.Dicēdo enim:Magnus dñs ⁊ magna virtus eius:⁊ sapiētie eius nō est numerus: Suscipiens mānsuetos dñs:humilians autem peccatores vsqꝫ ad terrā:magnitudo eius absolute declarat.Nam cū superius propheta per diuersas partes laudes excurreret:admiratione cōpletus exclamat: Magnus dñs noster:vtiqs cuius nec facta numerari:nec laus prevalet apprehēdi:ꝗgregans dispersiones Israel:sanās contritos corde:numerans multitudinem beatorꝫ:⁊ omnes nomine suo vocans.Quis enim possit cōprehendere:quāta sit de cūctis collecta laudatio:cuꝫ sit in vnaquaqs re mirabilis magnitudo:Dicēdo enis: Noster:culturas demētissime paganitatis excludit. Uirtus aūt magna:qꝛ singularis:qꝛ omnipotens:qꝛ rerum oium gubernator ⁊ ꝗditor est. Segtur:Et sapiētie eius nō est numerus. Dic numerum pro fine debemus accipe:qꝛ oia calculus que numerat:⁊ definit.Sapiētia vō dei quēadmodū potest habere numerum:que auctor calculi esse cognoscit:Naꝫ si numerari posset:iaꝫ videret esse sub numero. Quod si nec ipse numerus totus a nobis potest sciri:quo modo:qua ratione ꝑualet diuina sapiētia comprehēdi: Creaturis enim suis incōparabiliter potior est creator:⁊ ideo veraciter dictum est:Sapiētie eius nō est numerus. Nam de his que creauit Sapiens dicit:
Sap. ii. Omnia in mensura numero ⁊ pondere deuꝫ fecisse.
Al. humilias [Suscipiens mansuetos dñs: ꝗhumiliat autē peccatores vsqꝫ ad terram.] Mansueti sunt quos supius dixit tribulatione cōtritos:⁊ afflictionis ꝗsuetudine patientes.Et intuere q̄ pulcherrima sit facta diuersitas.Mansueti suscipiunt in celuꝫ:supbi deyciunt in terram:vt ꝑmutatione vicaria vnde humilis leuatus est:ibi supbus corruat:⁊ vnde sathanas elatus
Al. Precinite cecidit:fidelis homo subleuat⁹ ascēdat.[Incipite dño in ꝯfessione:psallite deo nostro in cithara.] Uenit ad moduꝫ secūdum:vbi hortat berentes:impellit dubios:increpat negligētes.Incipite enis illis dicitur qui adhuc tacere noscunt:Dño in confessione: subaudiēdum est:cantare.Sed ista ꝗfessio laudē monet:⁊ probitatis actionē hortat.Cithara enim:significat virtutes morales consona opatione pcinentes: que tūc veram cithara reddunt:quando se federata societate ꝗiungunt.Naꝫ sicut integra Lyra dici nō potest:cui aliqua chorda subtrahit:sic nec vir sanct⁹ perfectus estimat cui virtus vlla minuit.[Qui operit celū nubibus:⁊ parat terre pluuiam. Qui pducit in montib⁹ fenum:⁊ herbam seruituti hominū.] In hoc ⁊ sequenti versu denuo dñi opa memorant. Dicit enim:Qui operit celū nubibus:⁊ parat terre pluuiam.Qui pducit in montib⁹ fenum ⁊ herbam seruituti hominū.Qui dat iumētis escam ipsorꝫ: ⁊ pullis corvorꝫ inuocantib⁹ eum. Quid enim potētius q̄ creatorē creaturis suis cōpetēti modulo subuenire: Frequēter autem scriptura diuina hanc speciē definitionis amplectit:vt per id qō dñs operatur: virtus eius potestasqs monstret.Quod nūc per istū ⁊ aliuꝫ versum consequēter efficit. Nam cuꝫ supius posuisset: Incipite dño in confessione:nunc cui dño sit ꝗfitendum euidēter ostēdit.Sed quāuis ista ⁊ ad litteraꝫ bene videant intelligi:melius tñ si allegorice dicta sentimus.Celū hic:sanctam ꝗpheticam congruēter aduertimus. Hanc diuina ꝑuisione similis nubibus tegit obscuritas:vt sensus nostros ꝗcitet ad querēdus:dum gratius accipit:ad qō fatigato desiderio peruenitur.Segtur quid nubes iste parturiant.s.vt copiaꝫ videant prestare pluuiaꝫ:hoc est:diuine predicationis fontes irriguos.Sed cui terre hec pluuia parat:⁊ vtiqs sitienti. Ille enim verbum dñi efficaciter suscipit:qui se ad audiēdum supno munere desideranter obtulerit. Nec vacat qō dixit:Parat:qꝛ nisi ille eam ꝑparauerit:nullus ad ipsaꝫ potest suis meritis puenire.Segtur:Qui pducit in montibus fenum:⁊ herbā seruituti hominū. Hoc quoqs spiritualiter accipiēdū est,Montes:significāt viros sāctos:

Lassio.

in quibus dñs fenus herbãq; producit: vnde simpliciores in ecclesia catholica tanq̃ simplicia iumenta pascant. Fenum ptinet ad predicationes robustas. Verba ad monita molliora. Fenũ sigdem fuit: quãdo dixit Apls: Volo oes homines esse sicut meipm.
1. Corint. 7. 1. Timoth. 5. Verba: Qui se non ꝓtinet: nubat. Et iterꝫ: Volo adolescẽtulas viduas nubere. Et rursus:
1. Corint. 3. Lac vobis potum dedi: non escam. Ista enim mitiora p̃cepta: herbis merito comparant. Nam qõ dicit: Seruituti hominum: significat vsui humano deputata: vnde absolute cognoscit: superiora que dicta sunt ad homines esse referenda. [Qui dat iumẽtis escam ipsoꝝ: ꝛ pullis coruoꝝ inuocantib⁹ eum.] Iumenta: ecclesiasticos significant greges: qui cõpetenti refectione pascũtur: alij lacte: alij cibo solido: prout dispẽsatori visum fuerit: qui solus nouit que sunt ꝓfutura prestare. Corui: sunt irreligiosi viri: qui peccatoꝝ nigredine inseparabiliter vestiunt: nec aliquo splendore cõuersionis elucescunt. Pulli vo coruoꝝ (vt physiologi volunt) celesti rore vescuntur: ꝛ adhuc paternas escas: id est cadauerus fetores bñficio etatis ignorãt. Quapropter paganoꝝ filijs atq; puerꝝ dat escas: qꝛ paternam vitam inocẽtie munere non sequunt. Et vide quid addidit: Inuocantib⁹ eum: qm̃ soli ipsi eum inuocant: qui regulas scripturaꝝ nulla heretica prauitate subuertunt. Doc nisi ad homines referas: inuocare dñm quẽadmodus potest pullis conuenire:
Alt. fortitudine Alt. neq; in tibijs Alt. erit coruoꝝ: [Non in †viribus equi volũtates habebit: †nec in tabernaculis viri bñplacitum †est ei.] Post q̃ narrauit illa que fecit dñs: nũc dicit que ei possũt cõmodis displicere. Equus ad supbiam plerunq; ponitur indicandam. Nam ꝛ ipsum aial ceruice presumens: frenis semp incũbit: ꝛ ad cursus rapidos spumosa ꝓcertatione festinat. Huic supbus homo atq; pretumidus comparat: cui diuinitas non potest esse placabilis: qꝛ mãsuetos eligit ꝛ deuotos: sicut ꝛ alus
Ps. 32. psalmus dicit: Fallax equus ad salutem. Et alibi: Di
Ps. 19. in curribus ꝛ hi in equis: nos autẽ in nomine dñi dei nostri magnificabimur. Tabernacula viroꝝ: infidelium sunt ꝓuenticula demẽtium paganoꝝ: que se in culturas pessimas semp extẽdunt. Respice vim verborum: qꝛ viroꝝ dixit tabernacula: non diuina: id est: presumptiones illicitas: quas sibi audaces homines
Ps. 5. propria volũtate ꝓstituunt. Uir enim ꝛ in malo ponitur: sicut est illud: Virum sanguinũ ꝛ dolosus abominabit dñs. [Beneplacitum est dño sup timentes eum: ꝛ in eis qui sperant sup misericordia eius.] Superius dixit qui ei poterãt displicere: nunc dicit quales sint illi qui placent. Amat itaq; dñs: qui eum formidant: sed nõ timore degenẽ. Multi enim timent: sed qꝛ desperãt de misericordia eius minime diligũtur: sicut Judas qui post timorẽ culpe recognite: non supplicãdum: sed desperãdum potius estimat. Ille enim timor deo ꝑbat accept⁹: qui cũ amore maximo: ꝛ pia ꝓsumptione ꝓiungit. Timeat ergo vnusquisq; ne peccet: amet vt supplicet. Nã si rogaturus nõ est: hoc facit ꝛ ille qui non timet. Conclusio.

Et hunc quoq; psalmus ad finẽ seculi ptinere nõ dubiũ est: quãdo dispsiones Israel in vnum populum ꝓgregant: vt fiat vnus grex: ꝛ pastor vnus. O beatus tempus: quãdo lapides illi viui preciosiores omnib⁹ margaritis: in celestẽ fabricaꝝ ꝛ eternam beatitudinẽ colligunt. Tunc vnicuiq; sanctoꝝ erit dulcissimus labor suus: quib⁹ pariet luctus consolationẽ: ꝓsecutio eternam requiez: paupꝛtas pia dabit regna celestia: ꝛ quicquid hic grauiter pertulerunt: ibi se talia sustinuisse gaudebunt. Dona domine hic patientiam maloruz: vt illic facias nobis gaudium esse perpetuum.

Explicit expositio in psalmum .146m.

¶ Alleluia. CXLVII.

Lauda hierusalem dñm: lauda deum tuuz sion. Quoniã confortauit seras portaꝝ tuaꝝ: benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: ꝛ adipe frumenti satiat te. Qui emittit eloquium suuz terre: velociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerẽ spargit. Mittit crystallum suaz sicut bucellas: ante faciẽ frigoris eius quis sustinebit? Emittet verbũ suum ꝛ liquefaciet ea: flabit spirit⁹ eius ꝛ fluent aque. Qui annũtiat verbum suum iacob: iustitias ꝛ iudicia sua israel. Non fecit taliter omni nationi: ꝛ iudicia sua non manifestauit eis.

Ad consuetũ quidem Alleluia reuertimur: sed hoc nullatenus repetẽ fastidimus. Hu stus qui semp appetitur: audit⁹ qui nõ habet tediuz: intellect⁹ qui sine labore ꝓcipitur. Cuius verbi tãtus bonor est: vt cuz sit in hebrea lingua reconditũ: nullo trõ ꝓstet alio sermone trãslatuz. Doc grecus: hoc latinus: hoc chaldeus: hoc syrus: hoc persa: hoc arabs: hoc tenet natio cũ cta terraꝝ: ꝛ quicqd est deditus diuinitati: dignitatẽ huius nominis pia deuotione venerat. Nulli absonus: nulli videt absurdũ: sed oes celebrãt gaudia sua huius nois suauitate plata. Doc ergo pura mẽte cantemus: totisq; in eo virib⁹ occupemur: vt sicut corpeis auribus dulcissimus sonus reddit: ita ꝛ cordis sincere ritate proferatur. Diuisio.

Primo capite ꝓpheta ad Hierusalẽ. i. sup nã breuiter logtur ciuitatẽ: vt secura iam reddita in ciuib⁹ suis: dñm debeat iugi exultatione laudare. Secũdo: mysticis allusionib⁹ lati⁹ enumerat: quanta populo suo pius miserator indulserit. Expositio.

Lauda hierusalẽ dñm: lauda deum tuuz sion.] Psalmus hic a ꝓmo versu vsq; ad finẽ: potẽtiam dñi ꝑdicãdum cõmemorat: qõ psalmi ipsius relatione cognoscis. Hierusalẽ (sicut iam sepe dictuz est) interpretat visio pacis: que ꝓprie ad illam ciuitatẽ pti INTER
net: que vitioꝝ ꝛ scandaloꝝ consortia non habebit. Sed ista visio pacis erit dñi cõtẽplatio Saluatoris: quam nemo alter merebit: nisi qui ab vniuersa mentis ꝓturbatione liberatur. Unde merito hec duo nomina future illi conueniunt ciuitati adepti ꝑmtj munus: ꝛ vocabulum sublime pastoris. [Quoniã cõfortauit seras portaꝝ tuarum: benedixit †filios tuos in te.] Patẽter causa future btitudinis indicat. Nam Alt. filijs tuis
cũ res ista multoꝝ ꝓphetaꝝ ore ꝑmissa sit: lucidissime trõ ꝑsenti narratione declarat. Cũ enim seras ꝓfirmatas dicit esse portaꝝ: clausas ianuas btẽ ciuitatis ostẽdit. Sera enim: a sero dicta est: quo tpe in ostium mittitur: vt intrandi licentia denegetur. Quod illo tẽpore

tẽpore accidet quãdo sponsus itrauerit: sicut in euã-
Matth. 25 gelio de virginibus dicit: Et que parate erãt intrauerũt cũ eo ad nuptias: ꝛ clausa est ianua. Clausa scilz nõ ad custodie penã: sed in beatitudinẽ sempiternaz qꝛ nec inde quisq̃ vlterius sanctus exibit: nec aligs postea nouus intrabit. O beatitudo secura iustoruz: que tali lege ꝓbatur suscipi: vt nunq̃ possit amitti. Merito: qm̃ ciuitas illa cõtuibilẽ deũ intus habet: ꝛ ideo nemo inde desiderat egredi: quia preter ipm̃ simile nil preualet intueri. Sequitur: Benedixit filios tuos in te. Magna est quidem benedictio filiorũ: sed multo gratior: quãdo inter viscera materna prestatur. Quale est enim matri semp videre florentes filios suos? Quale filijs genitricis gratiã iugiter cõtueri? Ideo enim dictũ est: In te: qꝛ nunq̃ ab illa hierusalem exire poterũt: qui eterno munere conse-
cranẽ. [Qui posuit fines tuos pacẽ: ꝛ adipe frumen-
Alt. satiat ti †satiãs te.] Ciuitas illa magna inestimabilis: sub quãta laudis breuitate descripta est? Naz quid illa prestãtius dici potest: cuius fines pacis munere terminant? Unde absolute colligi potest: qꝛ eterna trãquillitate pfruitur: qõ intus habitare monstrat. Cõtra: quicquid preter ipsam cõtigerit esse: gehẽna est. Et sicut beata hierusalẽ pacẽ possidet: sic infelix babylonia dolorũ pugnã ꝓculdubio sustinebit. Unius enim partis definitione: alterius cause euidẽter pro
SCHE didit qualitatẽ. Doc schema dicit Emphasis: que significat etiã id qõ nõ dicit. Sed quẽadmodum pax ista ꝓueniat ꝓsequẽter exponit: dum fideles christi dñi cõtemplatione saginant. Adipẽ quippe frumenti dicit ipsam cõtuibilem deitatẽ: vnde sic iustoruz sensus reficit: vt omnem satietatem supare noscat.
Joan. 6. Ipse est verus panis: qui de celo descẽdit. Nã si nos hic corporis sui participatione reficit: quẽadmodum ibi satiabit: quos toto lumine sue deitatis ipleuerit? Reuera secura pax: ꝛ inuiolata trangllitas: quando indigẽtia nobiscũ vlla non litigat: nec aliquẽ lassitudo defatigat: nõ frigus cõtristat: nõ esuries grauat: ꝛ cetera que hic nostre ibecillitati bellũ semp infligũt. Ibi aũt corporis aieqz talis est societas: vt nulla iter se aduersitate discordẽt: sed sibi vtraqz glorio-
sa volũtate ꝓsẽtiãt. [Qui emittit eloquiũ suũ terre:
velociter currit ꝓmo ei⁹.] Descripta ciuitate futuri seculi: ꝓpheta venit ad secũdũ caput: in quo munera hic nobis ꝓferẽda ꝑdicit: vt vitas tũc future rei perbeneficia presentia iaz possit agnosci. Eloquiũ domini verbũ patris est: Quod ad terras descendit: quando humilitatẽ pie incarnationis assumpsit. Emittit: ꝓphetie spiritu: presens tẽpus ostendit: q̃uis hoc de futuro dicere videret. Sed cum dicit: Emittit: non minorem ꝑdit: sed cõcordiaz sancte vnitatis ostendit. Huius enim omnipotentis verbi sic cucurrit sermo velociter: vt sancte trinitatis agnitio celerrima mirabili mundũ velocitate cõpleuerit: idolorũ culturas veritatis ipsius manifestatione conuertens.
[Qui dat niuẽ sicut lanã: nebulã sicut cinerem spar-
Alt. sua sicut bucellas Alt. sustiebit. git. Mittit crystallũ †suũ sicut frusta panis: ante fa-
ciẽ frigoris eius qui †subsistit?] Postq̃ aduentum christi domini ꝓphetauit: nunc quid eius beneficia prestent: per allusiones tropicas ꝓsequẽter exponit.
SCHE Que figura dicit Parabole: quoniaz res sibi genere dissimiles cõparant. Dec igit omnia: niuis: nebula: crystallum: frigus: mala sunt huius seculi: que peccatoꝝ gelu mortalia corda constringũt: ꝛ in stupore sapreo faciũt ꝑmanere: nisi dñi caloze soluant. Sed videamus quẽadmodum singulis rebus cõpetens medicina prestet. Dicit enim: Qui dat niuẽ sicut lanã: vt qõ facit significat: sicut vulgo dicimus: Dedit nobis indiciũ: quando aliqd monstratũ atqz edoctum esse declaramus. Quapropter facit niuẽ sicut lanaz: vt qõ ante frigoris acerbitate gelatuz est: in laneam mollitiẽ ꝑducatur. Quod fit vtiqz quãdo frigidissima peccatis corda mortaliũ ad ardorem satisfactionis adduxerit. Niuis est enim homo cum recedit a dño: lana cũ ad eius meruerit venire medicinã. Nebula: idem significat omne peccatũ: qõ semp caligi-
nosa obscuritate pagit: sed velut cinis dño prestante dispergit: dum eius cumulus ꝓfessionis gratia dissipat. Crystallũ vo est: in moduz vitri per numerosas byemes glaties ꝓdurata: ꝛ in duritiã saxiliqueus ad modum ꝓducta substãtia. Cui obstinati peccatores merito cõparant: qui algore pfidie ꝓstricti: per dies singulos congelescunt. Dos quoq; dñs velut frusta panis emittit: quando ꝓuersos sua facit ꝑdicare magnalia: vnde populus esuriens celesti pane vescatur. Frusta enim: partes dicimus corporis alicuius. Significant quippe doctrine diuersa dona: que ex peccatoribus in sanctis suis dominus sepius mõstrare dignatus est. Sequit. Ante faciẽ frigoris eius quis subsistit: Ante ꝑsentiã frigoris eius dicit: non qõ ab ipso veniat: sed qõ forte fieri permittat. Quale est illud: Indurauit deus cor pharaonis. Et alibi: Ego do Exo. 10.
minus faciẽs bonũ: ꝛ creãs malũ. Quapropter ante Isa. 45.
illud frigus qõ ipse nõ remouet: nemo valet subsistere: qm̃ potest boies pigra fatuitate damnare. Exaggerat enim periculũ: vt liberationi gloriosissime magior gratia debeat. [Mittit vbũ suũ ꝛ liquefaciet Alt. emittet,
ea: †ꝛ flauit spiritus eius ꝛ fluent aque.] Veniente Alt. flabit
verbo: nulla obscuritas: nullũ frigus: nec ipsa quoq; debet desperare duritia: qm̃ resoluta malis suis que vocata fuerint: ꝑducunt in saluberrimũ liquorem. Sic que extiterant peccatoꝝ gelu cõstricta: pietate dñi defluũt in medelã: sicut ꝛ alibi dictũ est: Nec est Ps. 18.
qui se abscõdat a caloze ei⁹. Nã spũ ei⁹ q̃si austrino flatu duritia piculosi frigoris euanescit: dum acerui sceleꝝ dissoluti in humilitatis gratiã tabida colla deponũt: ꝛ in liquores saluberrimos adducti spũ alis bñficij fluẽta ꝓfundũt. Sic factũ est de persecutore Saulo: sic fit bodieqz de plimis: vt qui mõ fũt obsti-
nata volũtate sicci fiãt: postea fluxu ꝑdicationis irri-
Egui. [†Pronũtiãs vbũ suũ Jacob: iustitias ꝛ iudicia Alt. Qui annuntiat
sua israel.] Per Jacob ꝛ israel significat ecclia. Dec enim duo noia vni⁹ extitẽ ꝓsone: sicut duob⁹ ꝓplis fact⁹ est vn⁹: qui ꝛ israel bñ dicit: ꝛ Jacob ꝓprie nũcupat. Nã ꝛ modo israelita est: quinq; fidelis est: ꝛ ante Jacob
Ebũ suũ: ipsi noscit ꝓnũtiasse iustitias. [Nõ fecit ta-
Eliter oi nationi: ꝛ iudicia sua non manifestauit eis.] Dic vsus sic videtur itelligi: qꝛ lz oẽs gẽtes religio christiana cõplexa sit: nullũ trõ facie ad faciẽ est locutus: aut mare diuisit: aut mãna pluit: aut tabernaculũ nube cõpleuit: aut holocausta ipsoꝝ celesti igne cõsũpsit: ꝛ cetera que illi ꝓplo visibiliter supno munẽ ꝓstabant. Nobis enim spiritualiter fiũt: que illorũ oculis corporaliter apparebant. [Alleluia.]



Permouere solet qõ in fine quorũdã psalmoꝝ Alleluia positũ reperimus. Significat forsitan eos totos ad ꝓconia domini ptinere: nec alicuius alterius cause relatione ꝑmixtos: sed sicut a capite incipiũt:

ita vsq ad finez in laude dominica terminant. Sed hoc asseuerare non possumus: qz in rebus talib⁹ aliquid definire piculum est. Melius est enim altioza sibi hominem ꝓfiteri: q̃z aliqua p̃sumptione culpari: atqz ideo qd̃ de hac re: vel de alys nouitatibus pstãte domino putauimus offerendum: in arbitrio sit legentis sequi quod eligit. Conclusio.

Hactenus de istis quatuoz psalmis qui de laudibus dñi p̃cesserunt: in ꝓclusionibus eoz dictum est: qua intẽtione formati sint: vt ꝓti ad ꝓparationem sequẽtium positi esse videantur. Ordo enim ipse psalmoz dispositionẽ rerum nosciẽ indicare mirabilem. Decoz enĩ fuit: vt prius de preceptis diuini precony: post de mũdi peruersitate fugienda: tertio de ꝓgregatione ecclesie diceret: quarto qui nunc finitus est collecte Hierusalem precepit laudes dñi celebrare: que de mũdi istius diuersis pĩculis liberata: in eterna requie nosciẽ ꝓstituta. Quapropter choro illi scissimo: z de mundi partib⁹ aggregato: trina subnectit exultatione gaudendum: vt in ope sanctissimo trinitatis gratia vbiq fulgeret.

Explicit expositio in psalmum. i 47ᵐ.

¶ Alleluia CXLVIII.

Laudate dñm de celis: laudate eum in excelsis. Laudate eum oẽs angeli eius: laudate eũ oẽs virtutes eius. Laudate eum sol z luna: laudate eum oẽs stelle z lumen. Laudate eum celi celoꝝ: z aque oẽs que sup celos sunt: laudent nomẽ dñi. Quia ipse dixit z facta sunt: ipse mandauit z creata sunt. Statuit ea in seculum z in seculum seculi: p̃ceptum posuit z non p̃teribit. Laudate dñm de terra: draconeꝰ z oẽs abyssi. Ignis grando nix glacies spiritus procellaꝝ: que faciunt verbũ eius. Mõtes z oẽs colles: ligna fructifera z oẽs cedri. Bestie z vniuersa pecora: serpẽtes z volucres pẽnate. Reges terre z oẽs populi: principes z omnes iudices terre. Iuuenes z virgines senes cuz iunioribus laudẽt nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super celũ z terraz: z exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius: filijs israel populo appropinquanti sibi.

Pars ista orationis paucis quidez syllabis artat: sed cogitata semp extendit. Nouitates enim suauissimas de se eycit: cum eam acies mẽtis inspexerit. Nam dum a lectore dicit: p̃dicatio laudis est: cuz a populo respondet: hymnus. Sic vna voce peragit tam diuersum mysteriuz: cum in ipsa nihil appareat imutatum. Subtiliter autẽ psalmus iste tractandus est: qm̃. Prophceta per paucaꝝ cõmemorationẽ oẽs creaturas hortat laudes dñi debẽ cantare. Rationales z intellectuales per se: eas vo que sunt ĩtellectu vel sensu carẽtes: per illas. i. que opera domini sapiẽtissima consideratione collaudant. Diuisio.

Considerans ꝓpheta in celestib⁹ z terrestrib⁹ reb⁹ oẽs opas dñi ꝓtineri. Prima parte celestia hortat ad laudes. Secunda vo allegoricis allusionib⁹ terrena cõmonet: vt dñm deuota mẽte cõcelebrẽt: vnã causaz ꝓbabilẽ vtrisq subiungens: qz dignũ est creatura suũ debeat laudare creatorẽ. Expositio.

Laudate dñm de celis: laudate eum in excelsis. Luz oia celestia hymnos dñi iugiter pfundant: pscrutãdum est quare propheta illud pmum admonet fieri: qd̃ cõtinue pbat impleri. Usus iste humanus est: vt cũ videmus in agro laborãtes dicamus: laborate: cum legẽtes: legite: cum fabricãtes: fabricate: vt exhortatio ista ad augẽdum magis studiuz: q̃z ad inchoãdum aliqd dici posse videat. Sed que sunt ista de celis que laudare puocant? Scilicet illa que ad contẽplandum dñm purissimo intellectu ipsius largitate valẽtia sunt: z ꝓpetua charitate succẽsa: auctorẽ suuz suaui exultatione cõcelebrant. Nam sicut sunt ĩmortalia: ita nec eoz laudes aliquo fine claudunt. In excelsis: significat substãtias digniozes: quas merito sibi excelsas imbecillitas humana pfiteꝰ: qz carnis fragilitate deprimit. Dignũ est enĩ vt vnaqueqz res ꝑm pcepti muneris modum suum laudet artificem. [Laudate eum oẽs angeli eius: laudate eũ oẽs virtutes eius.] Quod angelus greca lingua dicit: latine nuntius interpretat. Sed cum ad aliqd pficiendum mittit virtus celoꝝ: ab officio suo hoc nomẽ assumit. Angelus enim: ab officy dicit nomine non natura. Segtur: Laudate eum oẽs virtutes eius. Hoc generale nomẽ est. Ibi enim ꝓcludunt oia que celestis militie dignitate grandescũt. Sed ideo fortasse hoc loco angeli vrutib⁹ sunt prelati: qz honorabilioz estimãdus est: per quẽ dñi iussa complent. Pulcherrime autẽ in laudib⁹ dñi ab angelis fecit initiuz: qui inter creaturas estimant eximy. [Laudate eum sol z luna: laudate eũ oẽs stelle z lumen.] Sol: luna: stelle: vt quidaz dicunt: z si aliquo spiritu ꝓpio regant: tã qz carnalib⁹ oculis pateſcũt: inferiozes esse virtutibus que non vident: nõ absurda estimatione colligitur: quãuis celi speciem decoro lumine ornare videant. Nam illa ad que puenit noster aspect⁹ ꝓ sint lucida atqz subtilia: tã corpora esse manifestuz est: z necesse est vt illis cedant: que inuisibili virtute subsistunt. Quapropter solẽ: lunam z stellas: siue per propriam rationẽ: siue per alias sensibiles z indicabiles substãtias ꝓpheta laudare pcepit dñm: qz creatoris bñficio existere meruerũt. Cõsiderata enĩz tot lumina ingẽtes admirationes poterũt cõmouere: quãdo z mortales oculos videẽ faciũt: z ipsa in tam splẽdida claritate ꝓsistunt. Dis reb⁹ lumẽ generaliter adiunctum est: vt cetera in se lumen habẽtia que dinumerata nõ sunt: tali cõplexione ad laudes dominicas incitaret. [Laudate eum celi celoꝝ: z aque † que super celos sunt.] Quãuis in Genesi vnũ celum fabricatũ esse legerimus: tamẽ eos plurali numero: z Paulus apl's appellauit: qui refert in tertiuz se celũ raptum: ibiq talia cognouisse que homini nõ licebat effari: z hic plurali numero nuncupant: qd̃ tali fortasse ratione ꝓcordat. Dicimus vnũ esse palatiuz: qd̃ multis mẽbris: multis partys ambiat: ita fortasse z celi partes dicimus celos: duz cõplexio atqz sinus eius vnus esse mõstret. Aquas vo sup celos eẽ: Genesis refert.

Alt. omnes

2. Corint. ii.

Gen. i.

Ait enim: Diuisitqz aquas que erant sub firmamento ab his qui erant sup firmamẽtum. Quod vtrunqz nimie laudis designat arcanum: vt z celoꝝ tenuitas firma ꝓsistat: z aque supra ipsum posite cuz sint graniozes: nisi quãdo fuerint iusse nõ defluant. Celi vo substãtia: quãuis pura: lucida: atqz egregia esse putãda sit: dignaqz talibus ac tantis habitatoriib⁹ suis: tã aial esse non cõperi: z temerariuz est ex opinione hominuz dicere qd̃ celestiuz litteraꝝ non tradit auctoritas. Aque vo que super celos sunt: vt arbitroz: istas que depluunt esse nõ dubiuz est: testante Genesi: Cataracte celi apte sunt: z facta est pluuia super terraz quadraginta diebꝰ z quadraginta noctibus: z cetera qd̃ non adeo querere necessarium est: quãdo aut per se: aut per substãtias rationales laudare dñm omnia cõmonent. [Laudẽt nomẽ dñi. Quia ipse dixit z facta sunt: ipse mandauit z creata sunt.] In hoc versu ex opibus suis dñm precipit esse laudandum. Quid enim dignius q̃z vt creatura creatorẽ suum: id est cõditio rerum ꝓprium laudet auctorẽ? Et vt sentẽtias philosophoꝝ veritatis ipsius voce conuinceret: ait: Quia ipse dixit z facta sunt. Dicẽdo: Ipse: dñm significat Saluatorẽ. Ipse est enĩz verbũ caro factuz: cuius iussione cuncta creata sunt: sicut veritas euangely dicit: Oia per ipsum facta sunt: z sine ipso factum est nihil. Et Apl's ait: Qui est imago dei inuisibilis: primogenitus oĩs creature: qz in ipso condita sunt oia in celis z in terra: visibilia z inuisibilia: siue sedes: siue dominationes: siue ꝑncipatus: siue potestates: oia per ipsum z in ipso cõdita sunt. Quapropter philosophoꝝ falsissima sentẽtia conquiescat: qui mũduz putant coeternũ diuinitati per se existẽ potuisse. Dixit ergo: quãdo ait: Fiat lux: z facta est. Mãdauit autẽ: significat ꝓstituit atqz firmauit: sicut z alius indicat psalmus: Mandauit in eternũ testamẽtum suũ. Facta vo z creata: habẽt aliquam distãtiam si subtilius ingramus. Facẽ enim possumus etiã nos: qui creare non possumus. Sed qm̃ dixerat generale verbũ: addidit qd̃ erat diuinitatis ꝓpriuz: quatenus sic facta intelligeres vt creata eẽ sentires. [Statuit ea in seculum z in seculũ seculi: p̃ceptũ posuit z nõ p̃teribit.] Dic quoqz locus potẽtiam dñi virtutemqz declarat dicẽs: Statuit ea in eternũ z in seculum seculi: p̃ceptum posuit z non p̃teribit: vt dubiuz non sit oĩpotẽtem esse dñm: quãdo que ille ꝓstituit: nulla mutabilitate vertunt in parte. Siqdem celestiuz rex facta ꝓclusio est. Sed cum legat de futuro seculo: Erit celum nouũ: z terra noua: quẽadmoduz de isto celo dicitur: Statuit ea in eternũ? Sed oia deo statuta esse non dubiuz est. Nam z homo ipse quãuis moriat: diuinitate statut⁹ est cuz resurgit: sic z celũ z terra deo pmanent cum nouant. Depositio enĩz: vt patres dicunt in clementia siue corruptibili qualitate natura ipsa meliorata pmanet: cuz iussa fuerit in eternitate cõsistere: sicut z de corporis nostri pmutatione dicit Apl's: Dum corruptibile hoc induerit icorruptionẽ: z mortale hoc induerit ĩmortalitatẽ. Preceptũ: legem dicit siue ꝓditionẽ: vt oia sub ipsius potestate esse noscant. Preterire aũt non potest: qd̃ oĩpotens statuit: z veritas reprimisit. [Laudate dñm de terra draconeꝰ: z oẽs abyssi.] Decursis celestibus substãtys: propheta venit ad secũdaz partẽ: vbi terrena cõmonet: siue aiata: siue inanimata: vt laudes dñi per naturas sapiẽtissimas debeant explicare. Draco est sulcatus: quãuis in modum serpẽtis ꝓducta nimis corpoza magnitudo: qui naturali feruore succensus in remedium tẽperamenti sui: aquosis speluncis inhabitat. Qui non humo repit: sed cuz moueri placuerit volitare narrat. Huic ruptus elephas cibus est: qui virtute mirabili nexibus suis ita ingẽtium beluaꝝ mẽbra constringit: vt eis spiritus vitalem velut muscis eripiat. Abyssoꝝ vo: id est marinoꝝ fluctuum ꝓsiderata pfunditas: vniuersos debet rationales ad laudes dñi concitare. Et respice ordinez dictionis: quia vnam substãtiam de sensibilib⁹: alteram de insensibilibus posuit: vt dñs debeat omniuz creaturaꝝ virtute laudari. Sed qm̃ auctoritate patrum: diximus hunc psalmuz hymnũ esse beatoꝝ: qui post huius seculi pmutationẽ cantat: draconeꝰ z abyssos: psonas hic truculẽtas z validas debemus accipe: que hic cõuerse nulla patria dominicis laudibus honorantur. [Ignis grando nix glacies spiritus procellaꝝ † qui faciunt verbuz eius.] Ignis: grando: nix: glacies per allegoriã: sicut dictũ est: homines significant: qui in hoc seculo ex turbulentis z pessimis ad deuotionis tranquillissima studia puenerunt. Deniqz vide qd sequitur: Spiritus procellaꝝ qui faciunt verbũ eius. Qui faciunt verbũ eius: nisi qui ex tẽpestuosis z improbis ad ꝓfessionis ipsius gratiã venire meruerũt? [Montes z oẽs colles: ligna fructifera z oẽs cedri. Bestie z vniuersa pecora: serpentes z volucres pennate.] Montes: significãt boies pretumida potestate sublimes. Colles: mediocres equalitate tractãtes. Ligna fructifera: qui ex duritia peccatoꝝ puersi fructus mozum intulere dulcissimos. Cedri: absolute superbos significant z elatos. Bestie: crudeles atqz indomitos. Uniuersa pecora: cõmunẽ z infinitam scilicet plebem. Serpentes: venenosos dicit z callidos. Uolucres pẽnatas: philosophos significant: qui cogitationum suaꝝ velocitate naturas reruz discurrere consuerũt. De quibus omnib⁹ generibus hoiuz: Christus sibi electos parat: qui in illa resurrectione angelorum possint cetibus aggregari. [Reges terre z oẽs populi: p̃ncipes z oẽs iudices terre. Iuuenes z virgines † senioꝛes cum iunioꝛibus.] Reges terraꝝ: frequenter diximus sanctos viros esse regẽtes corpora sua: qui carni proprie impantes: eam non pmittunt illecebras sue volũtatis implere. Omnes populi: turbas significat: que ad dominũ numerosa simul volũtate ꝓueniunt. Principes: seculi potestates excelsas non indecẽter aduertimus. Et vt nobiles intelligeres ac potentes: vide quid segtur: Et omnes iudices terre. Quod frequẽter euenire cognouimus: vt subito mũdi potestate derelicta: dñi delegant subire seruitia. Iuuenes dicit: qui etatis calore feruẽtes ad modestie se temperamẽta ꝓuertunt. Senioꝛes cum iunioꝛibus: pmixtam significat etatem: qz de omni sexu: de omni etate potẽs est dñs euocare quos eligit. Naz vt hec omnia ad homines potuisses referre: vide quid segtur. [Laudent nomẽ domini: qz exaltatum est nomẽ eius solius. Cõfessio eius super celum z terrã.] Et hic quoqz locus ex magnificẽtia ipsius z singularitate predicat. Nam cum dicit: Quia exaltatum est nomẽ eius solius: confessio eius super celũ z terram: sine dubio magnificentia ipsius in toto orbe declarat. Sed vsqz ad hanc sentẽtiam superioza suspẽsa sunt: vt laudet dominũ populus fidelis: in illa scilicet patria cõstitutus: qui iam peccatoꝝ nosciẽ nexibus absolutus. Segtur causa iustissima: quare dominus debeat predicari: vtiqz: Quia exaltatuz

Gen. 7.

Joan. i.

Col. i.

Gen. i.

Ps. iio.

Al. seculum

Isa. 65.

1. Corint. 15.

Al. que

Al. senes

Phil.2. est nomen eius solius. Exaltatum est quippe:dum illi:sicut dicit Apls:omne genu flectat:celestium:terrestrium ⁊ infernorꝫ. Adiecit: Cõfessio eius sup celum ⁊ terrã. Hic ꝓfessio laudẽ illaꝫ significat que illi post seculi istius inouationẽ ab oibus rationabilib⁹ creaturis exoluit. Super celũ ⁊ terram dixit:qꝫ nec celestia nec terrena illis ꝑdicationib⁹ possunt equalia referri.[Et exaltabit cornu populi sui. Hymnus oib⁹ sanctis eius:filys israel populo appropinquãti sibi.]

Hic ex sanctitate dñi hymnus absolute ꝓfunditur. Nam cuꝫ dicit:Exultauit cornu populi sui:hymnus oibus sanctis eius:filys israel populo appropinquanti sibi:sine dubio sanctitas dñi muneraqꝫ laudant: qui sanctos suos participatione sui muneris glorificare dignabit. Et cornu pro potestate positũ sepe iaꝫ diximus:qõ hic humiliatuꝫ est ꝓpter afflictiones ⁊ dolores quos patit populus fidelis. Ibi autẽ exaltabitur:vbi ois gloria manifesta ꝓstat: Primuꝫ:qꝫ dexteram merent:deinde:cum dño iudicabũt:tertio:in eternũ pacem gaudiũqꝫ transibũt:vt merito exaltati dicant:qui vsqꝫ ad ipsius dñi contẽplationẽ mirabili eius pietate pueniunt. Quod tunc fit:sicut dicit
1. Corinth.15. Apls:cum tradiderit regnũ deo patri:cum euacuauerit oẽm ꝑncipatum:⁊ omnẽ potestatẽ ⁊ virtutem. Oportet enim eũ regnare:donec ponat oẽs inimicos sub pedib⁹ eius. Sequtur: Hymnus oib⁹ sanctis eius. Uox ista ꝑmissio est ⁊ totius beatitudinis sũma ꝑfectio. Nam qõ merebunt sancti:hymnus est dñi:quẽ tũc canũt:quãdo ⁊ eterno munere coronabunt. Isto enim ꝑcepto vlterius nil egebũt:sed illic erit quicqd modo nõ valet apprehẽdi:mãna celestis:satietas infastidibilis:incõprehensibile donũ:assiduẽ hoc agere:⁊ in eo studio semp ardere. Hymnus est ergo sanctoꝝ cantus in laude dñi ꝓstitutus: cui aia corpusqꝫ perfecta puritate consentit. Quẽ etsi hic modo videmur dicere cupide:tũ non possumus sine defectione pagere. Adiecit: Filys Israel pop:lo appropinquãti sibi. Quib⁹ sanctis hymnus ille prestet ostẽdit: filys vtiqꝫ Israel qui nõ solũ genere:sed fide nomẽ istud habere declarant. Illos enim israelitas vere dicim⁹: qui recte credẽdo cordis lumine dñm respicere meruerunt. Sunt enim israelite:qui mandatoꝝ obediẽtia Christo domino appropinquare monstrant. Illi enim ab ipso longe sunt:qui eius iussa non faciũt. Nemo ergo illi ꝓximus:nisi qui ⁊ membrum ipsius est. Membrum enim a capite suo nescit esse separatuꝫ.

De[Alleluia] vo vltimo qõ in supiore psalmo diximus:⁊ hic debet intelligi: qm̃ ipsa de vicino repetẽdium magis q̃ intellectum generat audienti.

Conclusio.

Contueamur psalmum istum: quo decore: qua virtute prefulgeat. Referunt enim supne voces: que adhuc nequeunt pro ista infirmitate corporalitatis audiri. Dicũt celestes creature laudes dño:dicunt terrene substãtie: ⁊ melodie cantib⁹ agit: vt dñs creaturaꝝ suauis consona exultatione laudet. In ipsis quippe primordijs opinabilem illã astronomie posuit disciplinã:quam seculi doctores minutissime pergrentes: ita definiendam esse putauerunt. Astronomia est disciplina:que
DEF ASTR cursus celestium siderũ:⁊ figuras contẽplat omnes: ⁊ habitudines stellaꝝ circa se:⁊ circa terram indagabili ratione pcurrit. Cuius opatione sollenni:annuꝫ dicunt quadrifaria temporꝫ diuisione cõpleri. Hinc imbres fieri:hinc ꝓhibent terrena ꝑcreari: hinc frigora venire:hinc aeris aiunt esse tẽperiem:⁊ quicqd terris necessarium probat:iussione dñi eaꝝ ministerio posse suppleri. Quam sciẽtiam veteres nostri nõ adeo refugiendam esse dixerunt:quãdiu tamen esse cognoscit disciplina:⁊ motus astroꝝ naturali sollennitate perquirit. At vbi se in astrologie partẽ labilis error infuderit:⁊ vitas mortalium de cursu stellarũ putauerit colligendas:tũc abominandi:tunc potus ceci sunt:cum se estimant prouidere:que creator nobis vtiliter decreuit abscondere. Planetas etiam dicunt contra polum currere per certissimos meatus: fabricam quoqꝫ celi que semper rotabili mobilitate se sustinet:habere quandam armonie delectationem:que suauis ⁊ iugis est. Sed nos obsequia naturalium rerum ad auctoris referamus imperium:qui creaturas suas ipsa potentia sibi parere iubet:qua fecit existere.

Explicit expositio in psalmum centesimumquadragesimũ octauũ.

¶ Alleluia. CXLIX.

Cantate dño canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Letet israel in eo qui fecit eum: ⁊ filie sion exultent in rege suo. Laudent nomẽ eius in choro: in tympano ⁊ psalterio psallãt ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo: ⁊ exaltauit mãsuetos in salutẽ. Exultabunt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eoꝝ: ⁊ gladij ancipites in manibus eoꝝ. Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eoꝝ in cõpedibus: ⁊ nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius.



Hoc nomẽ in vsu habere oimodis cõmonemur: quando nouo ⁊ veteri testamẽto cognoscimus decẽter aptatũ. Ueteri pre latum est in cẽtesimoquarto psalmo: vbi egypti miracula: ⁊ maris rubri beneficia describunt: hic nouo cantico docet esse prepositum: vbi est totius religionis absoluta ꝑfectio. Sic vbiqꝫ positum est:qõ semper constat esse dicendum. O nomen magna deuotione venerandum:qõ ⁊ angeli canunt: ⁊ in terris vota fidelium frequẽter assumunt.

Diuisio.

Superioribus psalmis inumeris admonitionibus laudes dñi Prophetꝫ cõmendans: nũc etiam ꝑma positione canticuꝫ nouuꝫ Christo dño diuersis modis dicit esse cantandum: qui de toto orbe terraꝝ vniuersalem Hierusalẽ sua pietate ꝓstruxit. Secunda: gaudia sanctoꝝ virtutesqꝫ describẽs: vindictam peccãtium gloriam dicit esse iustoꝝ.

Expositio.

Cantate domino canticũ nouum: ¶ laudatio eius in ecclesia sanctoꝝ.] In hoc ⁊ in alys trib⁹ versibus qui sequunt: ex operibus dñi magnitudo laudatur. Dicẽdo Al. laus

enim: Cantate domino canticum nouum: laudatio eius in ecclesia sanctorum. ⁊c. ex operibus suis dicit esse predicanduꝫ. Nam propheta in hoc mundo trũ corpore cõstitutus: intellectu ⁊ fide in illa patria cũ angelica multitudine miscebat: in qua cõmonet populũ beatũ nouũ cãticũ debere cantare. Canticuꝫ aũt nouũ est: sancte icarnationis arcanum: natiuitas mirabilis: doctrina salutaris: passio magistra tolerãtie: resurrectio spei nostre certissimũ documẽtũ: sessio ad dexterã patris: virtutem significans ⁊ potẽtiã singularem. Et ne crederes istam laudem vbicunqꝫ aut a quibuslibet posse celebrari: sequit: Laudatio eius in ecclesia sanctorum. Siue istaꝫ dicas: catholicã significat que reuera sanctorum est: siue illaꝫ hierusalẽ celestẽ: ⁊ ipsa sine dubitatione sanctoꝝ est. Ecclesia enim interpretatur collectio: qõ ad vtrunqꝫ referri posse non dubiũ est.[Letet israel in eo qui fecit ¶ ¶ filij sion exultent ¶ super regem suum.] Israel ⁊ sion diuersa quidem vocabula: sed virtus vna sanctorum est. Nam israel interpretatur vir videns deũ. Sion speculatio dicit. Quod vtrunqꝫ ad beatũ populũ pertinere manifestuꝫ est: qui letari ⁊ exultare in rege suo christo domino cõmonentur: quando ipsum viderint omnipotentem: ipsum eterni premij largitorẽ: quẽ hic crediderũt in sua maiestate venturũ. Quis enim erit illius gaudij modus conspicere illum dñm rerum qui hic mori creditus est pro salute cunctorum: ⁊ Mensurã quidem istius letitie iure nescimus: sed tamen vltra omnia bona esse ꝓfidimus: qõ tanta veritas pollicet.[Laudent nomen eius in choro: in tympano ⁊ psalterio psallant ei.] In supiore versu: in dño christo dicit esse letandũ: nunc dicit in choro nomẽ dñi esse laudandum. In choro vtiqꝫ qui iã nullam patitur dispersionem: nullũ tediũ: nullum scandaluꝫ: sed meritoꝝ probitate collectus: charissim a semp vnitate cõsistit. Sed qualis quãtusqꝫ
Ps.106. sit iste chorus: alius psalmus exponit: A solis ortu vsqꝫ ad occasum: laudate nomen domini. Chorus qui a mundi initio de numerositate gentiũ congregat: ⁊ nisi in illa patria: totus non pot esse collectus. Sequit: In tympano ⁊ psalterio psallant ei. Tympanũ ⁊ psalterium: probabiles hic actus esse dicimus: qui ad diuina munera referunt: qui iã in illa patria non vident: sed tamen erũt cum de eoꝝ exultatione gaudebitur. Nã qõ hic cõtristat: ibi letificat: qõ hic ꝓterit: ibi nos erigit: sicut legit: Beati qui persecutionẽ
Matth.5. patiunt ꝓpter iustitiam: quoniã ipsorũ est regnuꝫ celoꝝ. Nec ergo omnia siue tympanũ: siue psalteriũ ibi psallunt domino: quoniaꝫ hic pro ipsius nomine ¶ exercitata vel tolerata noscunt.[Quia beneplacitũ ¶ est domino in populo suo: ⁊ exaltabit mansuetos in ¶ salutẽ.] Legit quidem creatori omnia opera sua in reꝝ conditione placuisse: sed pro rerum qualitatibus immutatis: ⁊ peniteri ⁊ gaudere legit deus: vt est illud:
Gen.6. Penitet me hominẽ fecisse. Et in alio loco: Gau
Luc.15. debo super vnum penitentẽ: q̃ supra nonagintanouem iustos nõ indigentes penitẽtia. Nas enim permutationes diuinitati ex nostra ifirmitate tropicis allusionibus applicamus. Dicit enim: Quia beneplacitum est dño in populo suo: id est: quando illũ fecerit pfecta suauitate gaudentẽ: quando angelis parẽ: quãdo reuera suum quem tanto iudicauerit munere coronãdũ. Tunc enim erit beneplacitũ: quãdo erit:
1. Cor.15. sicut Apostolus dicit: omnia in omnibus. Mansuetos autem: significat patientes: qui in hoc mũdo diuersas toleruere negtias: sed pro dei regno fuerũt sanctissima deuotione contempti. In salutem dicit: in vitam eternam: quam illis iustus dominus in illa iudicatione restituet.[Exultabũt sancti in gloria: letabunt ¶ in cubilibus suis.] Hinc vsqꝫ ad finẽ psalmi: virtus domini potentiaqꝫ predicatur. Quid enim fortius q̃ tantam potestatem sanctis suis tribuere: vt de inimicis sumant ipso largiẽte victorias: Sed cum dicit: Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: introitur iam secunda positio: que cõtinet gaudia sanctorum: ⁊ potestatem christo credentium. Sed intendamus nunc quo modo sanctorum exultatio describatur. Gloria est bonorum actuum DEF frequentata laudatio. De qua iusti letantur in cubilibus suis: id est in secreto pectoris: sicut Apostolus dicit: Nam gloria nostra est hec: testimoniũ conscie 2. Cor.1. tie nostre. Ibi enim letant: vbi solus ille cognoscit: qui donare dignatus est. Letant vtiqꝫ: quando sic bonum dñm se habere perpẽdunt: vt reis donet veniam: peccantibus gratiã: non merentibus gloriam sempiternaꝫ. Contra: in hoc seculo stultus a se foras egrediẽs exultat in hominũ fabulis: ⁊ mereri se putat qõ eum sermo falsus exaltat. Est ergo sanctis disciplina gloriandi: ⁊ modus gaudij: vt ad illum referãtur bona qui tribuit vniuersa. Nã si mẽsura deest ¶ letitie: non est gaudium sed ruina.[Exultationes dei ¶ in ¶ faucibus eorum: ⁊ gladij ancipites in manibus Al. gutture ¶ eorũ. Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.] Intuẽdum est: q̃ pulchra: q̃ sit vtilis ista diuersitas. Supius dixit: sanctos exultationem suam habere in cubilibus suis: nunc dicit domini exultationes in eoꝝ faucibus constitutas: significans: quoniam siue cogitatione: siue lingua laudare nõ desinunt: a quo eterna dona ꝑcipiũt. Trãsit quoqꝫ ad exponendã potestatem ipsoꝝ dicendo: Et gladij ancipites in manibus eoꝝ. Anceps gladius: est sermo domini saluatoris: de quo in eũgelio ipse dicit: Nõ veni pacẽ mittere in terrã: sed gladiũ. An- Matth.10. ceps ideo: quoniam duo continet testamẽta: Primo enim a gentibus separauit iudeos: postea segreganit ⁊ diuidit a totius mũdi illecebris vtiqꝫ christianos. Unus ensis: sed duas desecationes habet: quas populis electis distributa temporis opportunitate concedit. In manibus ergo dicit gladios istos esse: id est in potestate sanctorum: sicut legit: Factus est sermo Aggeu.i. domini in manu aggei ꝓphete. Hanc igit potestatẽ beati suscipientes cum domino iudicabũt: sicut scri- Matth.19. ptum est: Sedebitis sup duodecim sedes iudicantes duodecim tribus israel. Nam vide quid sequitur: Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis. Ista enim tunc vere fiunt: quãdo cuꝫ do- ¶ mino iudicabunt.[Ad alligãdos reges eorũ in com- ¶ pedibus: ⁊ nobiles eorum in ¶ vinculis ferreis. Ut Al. manicis ¶ faciãt in eis iudiciũ conscriptuꝫ: gloria hec est omni- ¶ bus sanctis eius.] Exponit quid ille gladius faciat bis acutus. Alligat reges terre in compedibus vnde liberum non sit exire. Uincula quoqꝫ ferrea supra mundi nobiles ponit: vt ⁊ cuꝫ portantur sint grauia: ⁊ nexus eorum rumpere nulla virtute preualeant. Hoc est reuera canticum nouum: vt illi pauperes qui in mundo fuere derisui: de principibus possint iudicare terrarum. Sequitur: Ut faciant in eis iudicium conscriptuꝫ: vtiqꝫ quod dicit Apostolus: An 1. Cor.6. nescitis qm̃ angelos iudicabimus: Quis possit estimare tale miraculũ: quis tantã gloriã mẽte cõplecti

vt illos supbi ⁊ iniqui potēte s iudices patiant̃:quos hic tanq̃ villa pecora trucidādos esse putauerūt:Et ne forsitā solos aplos iudicaturos putares:gbus hoc dñs in euangelio cōpromisit:adiecit:Hēia hec est oī bus sanctis eius.Omnes enī cuz chzisto iudicāt:qui eiº regulis nō repugnāt:qm̄ qcqd illi placitū fuerit: ⁊ ipsi pia volūtate psentiūt.Sed q̃uis sanctoz potestas ⁊ glozia multiplici relatione narrata sit : nullus tñ eoz plenissime habere omnia virtutū premia reperiet̃.Solus est enī Jesus chzistus: de quo Aplus
Col.2. dicit:In quo habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter.i.substātialiter. Nam cū habeat dominus omnia perfecte ac summe bona:dat vnicuiq3 prout
Joan.i. vult:⁊ ipse est omnium sanctorum(fm Joannem) manifesta plenitudo. Conclusio.

Subtiliter intuēdū est quēadmodū pcedens psalmus huic psenti:⁊ in laudis officio piūctus:⁊ quadā distīctione diuisus est.In illo enī ad pconia dñi oēs creaturas hortatus est:hic aūt distīctiº ppriusq3 significauit israel nouū cāticū debere cantare:⁊ de ppzio dño letū fieri : qui eū fecit de gētiū multitudine pgregari.Cōmemoraī etiam ptās que sanctis est in illa iudicatione tribuenda:vt virtus dñi in eoz gloria possit agnosci.Sic ⁊ officio laudis cōmunis:⁊ reruz ipsaz ppzietate diuisus est.

Explicit expositio in psalmum.149m.

CAlleluia. CL.

Laudate dominum in sanctis eius:laudate eum in firmamēto virtutis eius. Laudate euz in virtutibus eius:laudate euz fm multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tube:laudate euz in psalterio ⁊ citbara. Laudate eum in tympano ⁊ chozo:laudate eum in chordis ⁊ organo. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus:laudate eum in cymbalis iubilationis : omnis spiritus laudet dominum.

Ecce itez salutaris ille pco remittit̃ : non de victu carnali:sed de copia supna locuturus.Admonet̃ enī ciuitas dei vt de mūdi ambitu pgregata:⁊ oze cātet ⁊ animo. Quapropter hoc Alleluia plenissima intētione cātemus:qz vniuersaz psalmodiā in excelsū culmē dñi dispensatione pduxit.Nā sicut ignis iste mortalis ad supioza festinans:comas rutilas erigit in cacumē:ita carmē istud paulatim crescēs ad celestia fastigia virtutū gradibus euolauit.Qō si ⁊ nos cuz ipso dñi dextera subleuāte animi deuotione cōscēdimº:vsq3 ad ipm salutarē finē venire dabit̃:qui nullis limitibus terminat̃. Diuisio.

SCHE Salmus iste leuatus ad illā cōcordē sanctoz oīuz vnitatē:diuisionē habē nō debuit:qz finē totiº operis pduxit ad virtutē iseparabilis trinitatis.Deide vno sensu oia pcurrit:vt nec psonā videret̃ mutare nec causā.Qō schema dicit̃ Pyrmos:quādo series oīonis tenorez suū vsq3 ad vltimū seruat.Breuis est:vt fastidiū nō haberet.Musicis organis plenus:vt spū alibus thalamis redderet̃ aptissimus : ⁊ in cetu supne hierusalē nuptiali dulcedine cātaret̃ Intētio vo eius ipsa est:vt dñs de sanctoz cōgregatione laudet̃:qui eos imagini sue restitues fragilitatē fecit deponē carnis ⁊ sanguinis.Jā cōformes glorie sue in illa beatitudine collocauit:vt bonoz oīuz abūdantia cōpleant̃.De gbus dicit apls:Qui bene
Eph.1. dixit nos in omni benedictione spirituali:vt essemº sancti ⁊ immaculati coza ipso.

Expositio.

Laudate dñm in sanctis eius:laudate euz in firmamēto virtutis eiº.]Diligēter inspiciēdū est:liber iste psalmoz qua suauitatis gratia terminet̃ : ⁊ quēadmoduz respiciat ad pncipiū suū.Dicit enī pphēta receptis in illa hierusalez in sanctis suis dñm debere laudare:scilz gbus ipe formā puersationis ostēdit.De quo dictū est:Beatus vir qui nō abyt in psi
Ps.i. lio ipioz ⁊c. Ipsi sunt enī sancti qui eodē largiente eiº imitatores esse meruerūt.Sed qualis veneratio sanctis debeat̃ ꝓgruēter exponit̃:vt nō ipsi sed dñs debeat de eoz iustificatione pdicari.Ille enīz pmo loco glorificari debet:qui pdicāda concedit . Justis aūt habēda reuerentia est:qz diuina munera pceperūt.Sequit̃:Laudate eū in firmamēto virtutis eiº. Firmitas vtutis eius est:qz exitiuz pro oium salute suscipiēs:mortē ipsam cū auctore nequissimo potētie sue virtute superauit:inferni claustra dirupit:hestrantes resurrectione sanauit:⁊ firmiter credentes
§ vsq3 ad celoz regna perduxit.[Laudate eū in †po Alt.virtutibus
§ tētatibus eius:laudate eum fm multitudinem ma§ gnitudinis eiº.] Dic iā ex potētia ⁊ magnitudie sua dñm precipit debere laudari.Ait enī:Laudate eum in potētatibus eius:laudate eum fm multitudinem magnitudinis eius.Et quēadmodū debeat laudari vsq3 ad finē psalmi : per mysticas allusiones consequēter exponit:-Potētatus ipsius est:sicut in octauo psalmo dictū est:Omnia subiecisti sub pedibº eius: Ps.8.
oues ⁊ boues vniuersas insup ⁊ pecora cāpi.Et apls: Ad Phil.2.
Cui omne genu flectitur:celestiū:terrestriū ⁊ iferno rū.Cōfideremus etiā qualis res populo beato quantaq3 pcipit̃.Sequit̃ enim:Laudate eum fm multitudinē magnitudinis eius.Quis rogo possit eū laudare fm multitudinem magnitudinis eius:cū in cē tesimoquadragesimoquarto psalmo dictū sit:Ma- Ps.144.
gnus dñs ⁊ laudabilis nimis : ⁊ magnitudinis eius nō est finis:Sed vide gbus dicit̃:⁊ dubietas nulla remanebit:vtiq3 spiritualibº:⁊ de ipa potius laudis operatione valētibus.Nā cū potētie dñi nullus sit finis : fm magnitudinem suam pdicat̃:qm̄ sine fine
§laudabit̃.[Laudate eū in sono tube : laudate eū in
§psalterio ⁊ citbara.] Dinc istrumenta musica significabili modo ad aliquid ponunt̃ in ordinem:vt tuba ꝓcrepet regi:psalterium canat deo:citbara cū religs spōso.Ista enī ibi nō esse manifestū est : sed hec oīa mysticis allusionibus ad chzistum dominū constat
esse referēda.Tuba : est corneis partibus adunatis: DEF
aut aliquo metallo productus:tubulus a patulo circulo incboans:⁊ desinēs in angusto foramine. Dec spiritu retracto cōpleta:terribili psonatione dilatatur:que aut bellozē tēpozibus sumit̃:aut regys adue
tibus apparat̃.-Psalteriū vo est in modū citbare cō DEF
uersa positio.Buccas enim quasdā sonozas ligni gestat in capite:vbi ab imo veniētes:chozdaz sonos in altū rapit:⁊ gratissima quātū dicit̃ modulatione responder. Citbara enim ligni quodā ventre inferius DEF

constitutoza summo chozda rū filis venientibus sonos recipit:atq3 in vnaz gratiā iocūditatis emittit. Que omnia humanis actibus cōparata : figuraliter
§ ibi dicunt̃ laudes dñi personare.[Laudate eum in
§ tympano ⁊ chozo:laudate eum in cozdis ⁊ organo.]
Isti quoq3 versus(sicut dictū est)vsq3 ad finez ad
DEF bymnos ptinēt nuptiales.Tympanū:est quasi duobus modis solis capitibus cōuenientibus supra eos tensi cozy sonora resultatio:qō musici disciplinabili mensura pcutiētes geminata resonatione modulan
DEF tur . Chorus est plurimaz vocuz ad suauitatis modū tēperata collectio.Sequit̃:Laudate euz in chozdis ⁊ organo.Quoniā propter psalmū ⁊ citbaraz:vt quādā dicūt:alia inueniri poterāt:qui chozdaz tēsionibus psonarēt:generaliter chozda posuit : vt omne ipm instrumētū musicum:dñi laudibus deputaret.
DEF Organū itaq3 est:quasi turris quedā diuersis fistulis fabricata:gbus flatu folliū voz copiosissima destinat̃:⁊ vt eā modulatio decora componat: linguis quibusdā ligneis ab interiore parte ꝓstruit̃:quas disciplinabiliter magistroz digiti reprimentes grādi§ sonā efficiunt ⁊ suauissimam cantilenaz.[Laudate
§eū in cymbalis bene sonātibº:laudate euz in cymba- Alt.iubilatio
§lis †bene tinnientibus:omnis spiritus laudet dñm.] nis
Ut illa superioza per allusiones quasdaz de sanctis dicta deberemus accipere:ad ipsum quoq3 os hominis venit.Sed ꝓsideranda est verboz istoruz facta discretio:vt cymbala bene sonantia:labia nostra debeamus accipere:que nō imerito inter musica istru
DEF mēta posita sunt:qz ⁊ similitudō quedā est cymbalorū:⁊ per ea voces humane armoniā reddē suauissimaz cōprobant̃ . Armonia:est enī diuersaz rerū in
DEF uenientiā redacta copulatio:qō ⁊ in voce humana ꝓstat accidere:quādo ⁊ tēpora ipsa ⁊ syllabe ad vnā vocis ꝓcordiaz pducunt̃.Cymbala ergo nostra:sunt labia percussa ad sonū vocis distinctissime tēperandū:que tūc salutariter sonāt : quando in laudes dñi
DEF deuotissime commouent̃.Cymbala quoq3 bene tinniētia:sunt ex permixtis metallis paruissime phiale cōposite:vētricula sua in lateribus habētes:que artificiosa modulatione collise:acutissimū sonū delectabili cōsonatione restituūt.Sed quoniā sanctissimus propheta:vniuersa que dicta sunt:spiritualiter volebat itelligi:aptissimo libzū fine ꝓclusit:Omnis spiritus laudet dñm:nō vtiq3 caro ⁊ sanguis:nō mūdi ambitus:non illecebza secularis : sed illud qō est in natura reruz sublimius:hoc laudet dñm:qō celestia vtiq3 sapit:qō eterna pmia cōcupiscit. Quapro-
MV pter vniuerso operi:bzeuez perfectāq3 sententiā dedit:vt dñm saluatorem spiritualiter debeāt cuncta laudare . Dis igit̃ decursis:totius mustce disciplinе assignata pfectio est. Flatus in tuba:pulsus in citbara:tinnitus in cymbalis:voz in chozo:spirituali armonia dulcissimus ille cōcētus:qui nō auribus carneis audit̃:sed cōtemplatione purissime mentis adtuertit̃.Nā cōmemoratio syllogismoz:sicut in pmo psalmo cepta est:parili nobis fine claudat̃.A catbegorico siquidē qui est purissimus ⁊ pnceps omniuz syllogismozuz dedimus prout oportebat initiū:nūc etiā opus nostrū in ipso ꝓcludimus.Decet enī finez respōdē pncipio suo:qm̄ in litteris sacris debent sibi omnia conuenientia reperiri . Dic aūt categoricus syllogismus est nobis taliter colligendus.Dñm laudet oīs spiritus.Quez debet laudare omnis spiritus deus verus est.Dñs igit̃ deus verus est . Mirabile plane dicēdi genus:vt ad illud reluctātem confitendo trahat:ad qō prius aliquis acquiescē respuebat. Ecce de grammatica:⁊ de etymologys:de schematibus:de arte rhetorica:de topicis : de arte dialectica: de definitionibus:de musica:de geometria:de astronomia:⁊ de ppzys locutionibus legis diuine:seriem refertam esse monstrauimus:quātum dominus prestare dignatº est:vt qui talia legerint gratāter agnoscāt:⁊ qui adhuc rudes sunt planissime dicta sine offensione percipiant. Conclusio.

Explicitus est decozus ⁊ mirabilis ordo psalmoz:numero quidē mystico terminatus:sed sacris virtutibus infinitus : solūmodo illi ad dimensum cognitus:qui arenā maris:pluuiarū guttas:creaturaz omniuz naturas dinumerabili quantitate cōplectit̃.Sed q̃uis a nobis ex toto cōprehendi nō possit:tamen vtiliter querit̃:qz perscrutatus semp copiosioz inuenit̃.Quanta enim adhuc hinc noua dicēda sunt:-quātozum fidelium ingenia vsq3 ad finem seculi curiosa sedulitate laboz abunt:- Sed tñ ista veritas tūc plenissime dinoscēda est:qm̄ ipse dominus cōtemplationē suam prestare dignabitur.Dic aūt totus ordo psalmoz:quantū humanuz ingeniū vestigare preualuit:duplici mysterio noscit̃ esse decursus.-Primū sicut auctozitate patruz dictū est:noui ⁊ veteris testamēti sacramēta cōplectitur. Septez quippe decades referunt̃ ad sabbatū:qō ad primā illā ptinet sine dubitatione culturā.Octo vo nostro tēpozi deputantur:qui resurrectionem domini die octaua pia deuotione veneramur . Secundo quoq3 domino largiente prosperimus:qō centū quaginta diebus superducto diluuio criminibus suis terra diluta est . Sic psalmoz spiritualis abyssus peccatis inquinata corda mortaluz vsq3 ad iudicij tempus perpetua emūdatione purificat : ⁊ fit nobis ex ipso salutare diluuium:qō nostrū sensuz delictis sordidū reddit ablutū.Quid enim in isto celesti armario scripturarum diuinarum inuenire nō possis? Benefim queras:hic que:ad modū fuerit mundus fabricatus exponit̃.-Prophetaz dicas:quis de incarnatione domini tanta locutus est?-Euāgeliū cupias: passionem ⁊ resurrectionem chzisti domini innumeris locis euidenter ostendit.Apostolū velis:audi doctozē:audi miserētem : qui ⁊ futura iudicia ꝓpter correctiones predicat:⁊ pro peccatozibus frequēter exorat.Et ne longius differā:quicquid in celo:in terra:in mari:vel apud iferos agit̃:si cautissime legas: omnia suis locis posita cōpetenter agnoscis.Testis est Athanasij episcopi sermo magnificus : qui virtutes psalmoz indagabili veritate discutiens : omnia illic esse probat quecunq3 sancte scripture ambitu cōtinentur.Naturā quoq3 dei:si fas est:duobus verbis facit subintelligi : Ego hodie : que nullis libzis: nullis codicibus pualet cōprehēdi:sicut ⁊ explicatū est qō breuiter dicit̃ : ⁊ ex aliqua parte sensibile qō taceт̃.In secūdo quippe psalmo:pater dicit ad filiū: Ego hodie genui te. In istis siquidē duobus verbis Ps.2.
subtiliter significat:qō humanū intellectuz transcedere posse videat̃.Nouus ⁊ vetus testamētū tanta ppzietate complectit̃:vt reuera spiritualem bibliothecā in hoc libzo intelligas esse cōstructā.Nā si paradisus desiderabilis habet̃ qō eū quatuoz fluminū lapsus emanare noscunt̃:q̃to beatioz est aīa que iso.psalmoz fōtibº irrigat̃.-Nec solū itra hūc numerū dina vtus opata est:multa latiº patet:sine que pro

parte itellecta sunt:siue que adhuc funditus ignorãtur diuersa miracula. Nã ⁊ in illis.153.piscibus:quos apostolorꝫ retia de pelagi profunditate traxerunt: sanctorum numerus comprehensus exponiť:⁊ arca Noe in typum sancte ecclesie tricentis cubitis in lõgitudine:quinquagita in latitudine:⁊ triginta in altitudine legiť fabricata:vnde multa Origenes mystica(vt solet)expositione tractauit. Quapropter indubitanter apparet creatorem atqꝫ opificem rerum: cum celestia cuncta terrenaqꝫ disponeret:sub mẽsura:⁊ numero: ⁊ pondere fecisse oia quecunqꝫ creata
Sap.11. sunt:sicut Sapientissimus dicit:Omnia in mensura ⁊ numero ⁊ põdere disposuisti. Nunc propter virtutem memorie breuiter intimemus:que supra latius videntur effusa. Primum meminisse nos conuenit: qõ de titulorum diuersa varietate narratur est. Recordari etiam debemus personas in textu psalmorꝫ aptissime commutatas:Conclusionesqꝫ eorum contra hereticos maxime fuisse formatas. Uel quare alphabeton hebreum ponatur in psalmis. Cur de partibus psalmorum vnus confectus esse videatur. Quare intercalares psalmi sint positi. Quare repetitio versuum reperitur in psalmis. De interpretatione nominum hebreorum. De his qui vnifines appellãtur. De quindecim psalmis gradalibus. Quare penitentium septem psalmi esse doceantur. Quare lamẽtantium pro ciuitate Hierusalem cũ lachrymis verba funduntur. Quare ordo psalmorum in laudibus domini fuerit terminatus:vbi quot modis predicit exponitur:cum tamen preconia ipsius nullis libris: nullis possint humanis viribus explicari. Sic varietas ista psalmorum:aut preciosissimo lapidi topaçio aut pulcherrimo pauoni congrue forsitan comparatur:qui totiẽs diuersos reddunt colores corpis sui: quotiẽs in eis defixus fuerit oculus intẽdentis. Hec quãtum dominus pstare dignatus est pro nostra mediocritate decursa sunt. Uos autem magistri qui celestium litterarum copiosa lectione pinguescitis:parcite rudi:dimittite cõfitenti:estote beniuoli. Difficile opus humanum reperitur:qõ non patiatur aliquaꝫ
Jac.3. questionem:Jacobo apostolo protestante:Si quis in verbo non offenderit:hic perfectus est vir. Cum si nonnulli sacris litteris calumnias parant:quid infirmis faciant quos audacter accusant:⁊ prolata: semper ad animum dicentis aptanda sunt. Nã si omnia contentiosa altercatione destruere volumus: piam deuotionem incauta potius contradictione damnamus. Sed iam tempus est ad dominum corda cõuertere:ad quem magis debet omnis intentio tendere: ⁊ laboris terminus peruenire.

U domine verus doctor ⁊ pstitor: aduocatus ⁊ iudex:largitor ⁊ monitor: terribilis ⁊ clemens:corripiens ⁊ consolator: qui cecis mentibus donas aspectum: qui facis infirmis possibile qõ precipis: qui sic pius es vt assidue rogari velis: sic munificus vt neminem desperare patiaris: dona qõ te prestante bene querimus:⁊ illa maxime que nostra infirmitate nescimus. Quod ex tuo diximus:suscipe:qõ ex nobis ignoranter protulimus:parce: ⁊ perduc nos ad illam contemplationem vbi iam non possimus errare. Dona facere que te inspirãte loqui presumpsi: dona compleri:que alios obseruare commonui:vt qui prestitisti pium sermonem:probabilem quoqꝫ conferas tuis famulis actionem. Libera nos amator bo-

minum ab illo periculo:ne sicut dicit Apostolus:Dũ alys predico:ipse reprobus inueniar. Oĩ infirmi sum⁹ tu veraciter nosti:quali hoste deprimamur agnoscis. Te querit certamen impar:te expetit mortalis infirmitas:qꝫ maiestatis tue gloria est: si leo rugiẽs ab infirma oue supetur:si spiritus violentissimus a debilissima carne vincatur:ille qui de celo cecidit:⁊ hic te pugnante subdeť:vt si potestatem ipsius ad tẽpus tua pmissione patimur:nequaq̃ eius insatiabilib⁹ faucibus sorbeamur. Hac illũ tristẽ de humana letitia:qui de offensione nostra semp exultat. Amẽ. 1.Cor.9.

¶ Hactenus que ad expositionẽ psalmorꝫ ptinere videbantur:domino largiente discussa sunt:nunc Salomonis dicta videamus: que proprios expositores habere noscuntur.

Explicit expositio Cassiodori in psalmũ Cẽtesimum quinquagesimum ⁊ vltimum tertie Quinquagene.

Venetijs impensa heredum quondam Domini Octauiani Scoti Modoetiensis ac sociorum .8. die Martij .1517.

Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v

x y z ⁊ ꝯ ꝯ A B C D E.

Primus quternus. Duo vltimi Terni. Alij ãterni.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DI BOLOGNA